6)

DE PHOTII PETRIQVE SICVLI LIBRIS CONTRA MANICHAEOS SCRIPTIS

SCRIPSIT

CAROLVS RVDOLFVS MOELLER

BONNAE

TYPIS CAROLI GEORGI TYPOGRAPHI ACADEMICI

MCMX

DE PHOTII PETRIQVE SICVLI LIBRIS CONTRA MANICHAEOS SCRIPTIS

DISSERTATIO INAVGVRALIS

QVAM

CONSENSV ET AVCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS

IN

VNIVERSITATE FRIDERICIA GVILELMIA RHENANA

AD

SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

CAROLVS RVDOLFVS MOELLER 1885

ELBERFELDENSIS

PROMOTVS DIE XX MENSIS IVNII ANNI MCMX

BONNAE

TYPIS CAROLI GEORGI TYPOGRAPHI ACADEMICI

MCMX

DE DISSERTATIONE PROBANDA AD ORDINEM RETTVLIT

A. BRINKMANN

PATRIS MEMORIAE SACRVM

De ratione, quae inter Photii et Petri Siculi libros contra Manichaeos scriptos intercederet, multi viri docti quaesiverunt. Neque enim quemquam, qui his libellis operam navabat, fugere potuit artissime Photii et Petri Siculi libros inter se cohaerere. Quare Montefalconius in Bibliotheca Coisliniana[1]), quae anno MDCCXV in lucem prodiit, Petrum Siculum Photii auctorem fuisse contendit. Contra Ioh. Chr. Wolf[2]) Petrum partem libri sui ex Photii libro descripsisse, partem ipsum confecisse putavit. Ex eo tempore Petrum Siculum a Photio pendere omnes consenserunt viri docti ut Engelhardt[3]), Gieseler[4]), Ter-Mkrttschian[5]), Friedrich[6]), quorum imprimis Ter-Mkrttschian fusius illos libellos tractavit. Nec tamen ita egerunt de hac re Ter-Mkrttschian et Friedrich, ut quaestio absoluta esse videretur, quod ex eis, quae explicabo, satis intelleges. Quare Krumbacher[7]) ut denuo haec res maiore cum subtilitate tractaretur iure postulavit.

---

1) p. 349.

2) Anecdota Graeca tom. I. Hamburgi 1722.

3) Neues krit. Journal f. theol. Literatur VII. p. 12.

4) Progr. Gottingae 1846 sqq.

5) Die Paulikianer im byzantin. Kaiserreich. Lipsiae 1893.

6) Sitzungsberichte d. bayrischen Akademie d. Wiss. philos.-philol. u. hist. Klasse 1896. p. 67 sqq.

7) Geschichte der byzantin. Literatur^2 p. 77.

Caput primum.

De Photii historia Manichaeorum.

Photius, cum patriarcha fuit ecclesiae Byzantinae inde ab anno 857 usque ad annum 867 et inde a 877 usque ad 887, imprimis summam, quam papa sibi arrogabat, ecclesiae potestatem vehementissime impugnavit. Quare cum ab omnibus, qui Graecae ecclesiae addicti erant, ut ipsorum iuris propugnator coleretur, omnes quos habebant eius libros religiose servabant, ita ut multa Photii scripta hodie manibus teneamus. Quae sunt cum lexicon et bibliotheca, tum permulti libri theologici. Sed etiam in bibliotheca aliquot codices ad dogmata ecclesiamque spectant, quibus vel historia ecclesiastica vel acta synodorum vel vitae sanctorum vel libri a patribus scripti vel disputationes dogmaticae et similia percensentur. Quare certe Photius in studiis, quae ad id quo fungebatur munus pertinebant, tam versatus erat, ut omnes illorum temporum clericos scientia litterarum et profanarum et theologicarum superaret. Atque cum non modo peritissimus esset quaestionum dogmaticarum et canonum ecclesiae, sed etiam arte scribendi floreret, patriarcha complures magni ponderis libros vel ipse edidit vel edendos curavit. Ita retractavit explevitque Nomocanona, in Decretalibus epistulisque canonicis praecepta ad ecclesiam spectantia dedit et collegit, in Amphilochiis quaestionibus plurimisque epistulis multas quaestiones dogmaticas subtiliter tractavit.

Sic optima instructus scientia paganis et haereticis convertendis, quod tum omnium Christianorum permultum intererat, magnam navavit operam. Cui studio omnes tum maxime incubuisse vel inde intellegitur, quod Photio in exsilium misso tardata non sunt, sed a Basilio imperatore pari modo exercebantur[1]). Clerici autem Byzantini haereticos et docendo et scribendo ad rectam fidem ducere studebant. Nam quo facilius omnes, qui a recta fide discrepabant, errores suos intellegerent, clerici orthodoxi et quomodo orti essent illi errores et

1) cf. Alexander Lycopolitanus contra Manichaeos ed. Brinkmann p. XXVIII adn. 4.

quibus de causis falsi essent exposuerunt. Photius qui ut Bulgaros Russos Armenios ad rectam perduceret fidem operam dabat[1]), in epistula ad Zachariam, Armeniorum patriarcham, missa[2]), qua de causa Armenii a communi ecclesia recessissent quique ad id tempus eos ecclesiae reconciliare conati essent explicavit. Quin etiam qui Coranum sequebantur, qui tunc ferro et igni fidem suam propagantes, imperium Byzantinum in summum vocabant discrimen, ad Christianam fidem convertebantur. Quare Basilius Nicetam Byzantinum confutationem Corani conficere iussit. Imprimis autem in convertendis Iudaeis Basilius magnam condidit operam, quorum tot vel pellicendo vel minitando ad veram duxit fidem, ut omnes totius imperii Iudaeos tunc baptizatos esse tradant scriptores[3]). Formulam, qua usi Iudaei fidem suam abiurare debebant, illis temporibus conscriptam Fr. Cumont edidit[4]). Photius quanti paganos conversos aestimaverit, ex epistula eius colligi potest, in qua scripsit[5]):

νῦν διὰ σοῦ (ὁ Εὔξεινος) οὐκ Εὔξεινος μόνον ἀλλὰ καὶ Εὐσεβὴς μετὰ τοῦ εἶναι καὶ ὀνομαζέσθω. πόσης οἴει με . . . χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης πληροῦσθαι. εἰ δὲ καὶ τοὺς αὐτόθι Ἰουδαίους εἰς τὴν ὑπακουὴν Χριστοῦ αἰχμαλωτίσας . . μεταστήσεις, ἀπέχω καὶ περισσεύω τῶν καλῶν ἐλπίδων τοὺς ὡραίους καρπούς, ἃς ἐπὶ σοὶ διὰ παντὸς ἔτρεφον.

Nec minore cum studio haereticorum Christianorum dogmata persecutus est. Nam qui vel obiter bibliothecam perlegerit, Photium talibus libris magnam navasse operam cognoscet. Nam cum undecim codicibus libri tractentur qui contra paganos Iudaeosque scripti sint, triginta paene codicibus libros excerpsit, quibus haereses vel describantur vel impugnentur. Qualia etiam in epistulis saepe occurrunt, ut in epistula ad Paulum episcopum Thessalonicensem missa[6]), in

---

1) cf. Hergenroether Photius Patriarch von Kpel I 476 sqq. II, 594 sqq.

2) ep. I 9 = Mignei Patrologiae graecae tom. 102, 703 sqq.

3) cf. Cumont Revue de l'instruct. publ. en Belgique 46. 1903. p. 11.

4) Wiener Studien XXIV p. 462 sqq.

5) ep. II 13 = Patr. gr. 102, 828 D sq.

6) ed. Papadopulos Kerameus in Actis fac. hist.-phil. univ. Petropol. tom. 41. 1896. p. 19 sqq.

qua fusius explicavit, quibus modis haeretici in ecclesiam recipiendi essent.

Imprimis ei cum Iconoclastis, Monophysitis, Paulicianis[1]) pugnandum erat. Iconomachos in epistula ad Theophanem monachum missa[2]) confutavit. Quam sectam se proprio libro refellisse ipse dicit in primae quaestionum ad Amphilochium scriptarum fine[3]):

τῆς γὰρ εἰκονομαχικῆς λύσσης τὴν διὰ τῆς κακουργίας ταύτης ἀπόνοιαν μετὰ τῆς ἄλλης αὐτῶν φρενοβλαβοῦς κακομηχανίας ἰδιαζόντως ἡμῖν λόγος ἐθριάμβευσεν.

Quae verba A. Mai[4]) ad alias tres quaestiones Amphilochias revocavit: centesimam nonagesimam sextam et septimam[5]), quibus περὶ εἰκόνων egit Photius, et ducentesimam quintam[6]), cui inscriptum est: περὶ διαμορφώσεως καὶ χαρακτῆρος τῶν ἁγίων εἰκόνων. Sed cum verba in fine huius quaestionis posita[7]) ἀλλὰ ταῦτα μὲν κατ' ἐπιδρομὴν καὶ ὡς ἐν ἐπιστολῆς τύπῳ non congruant cum verbo ἰδιαζόντως alterius loci, inde Photium peculiarem librum contra Iconomachos scripsisse colligi potest.

Paulicianorum[8]) mentionem facit in Encyclica anno DCCCLXVI edita[9]), in qua gloriatur: μάλιστα δὲ κατὰ τὴν βασιλεύουσαν πόλιν, ἐν ᾗ πολλὰ θεοῦ συνεργείᾳ τῶν ἀνελπίστων κατώρθωται, πολλαὶ δὲ γλῶσσαι τὴν προτέραν διαπτυσάμεναι μυσαρότητα τὸν κοινὸν ἁπάντων πλάστην καὶ δημιουργὸν μεθ' ἡμῶν ὑμνεῖν ἐδιδάχθησαν.

Praeterea pars magni corporis servata est, complurium scriptorum contra Manichaeos libros complectentis, quod eius esse temporis ex carmine codici praefixo, quo totum corpus Basilio imperatori dedicatur[10]), apparet. Scripta est praeterea

1) cf. Hergenroether I 476 sqq.
2) ep. II 102 = Patr. gr. 102, 924 sqq.
3) Patr. gr. 101, 96 C.
4) Scriptorum veterum n. c. I 229 et adn. 1.
5) Patr. gr. 101, 933 sqq.
6) Patr. gr. 101, 948 D sqq.
7) 952 B.
8) cf. Brinkmann Rhein. Museum 51, 274.
9) ep. II 13 = Patr. gr. 102, 721 C.
10) cf. Alex. Lycop. ed. Brinkmann p. XXIV sqq.

illis temporibus formula recipiendorum Paulicianorum[1]). Eosdem denique haereticos et describendos et impugnandos sibi sumpserunt Photius et Petrus Siculus.

Eius quod Photius contra Manichaeos scripsit operis quattuor libri ad nostram aetatem pervenerunt: in primo historiam Manichaeorum Paulicianorumque exposuit, ceteris dogmata haereticorum redarguit. Ex quibus liber alter et tertius artius inter se cohaerent, quartus aliquanto post illis additus est. In primo igitur libro, qui quasi prooemii fungitur loco, idem spectat atque in epistula de Armeniis scripta, quam supra commemoravimus: ut qui sint ei doceat, de quibus iam verba facturus est. Petri Siculi opus item quattuor continet libros, quorum in primo item historia Manichaeorum et Paulicianorum narratur. Sed quamquam imprimis de primis Photii et Petri Siculi libris nobis agendum erit, tamen reliqui neglegendi non erunt.

In primo libro Photius primum Paulicianorum duces ecclesias dogmata enumerat, deinde Manichaeorum, tum Paulicianorum historiam uberius narratam addit. Qua in repetitione cum offenderent Ter-Mkrttschian et Friedrich, alteram partem spuriam et postea additam esse rati ex Euthymii Zigabeni Panopliae dogmaticae titulo vicesimo quarto[2]) eam sumptam esse censuerunt. Quam ob rem hanc partem post Euthymii Zigabeni opus editum scriptam esse rati sunt. Quae opinio vel eo funditus evertitur, quod totius libri Photiani habemus codices mss. Euthymii libro vetustiores. Nam Euthymium Zigabenum anno MX natum esse et Panopliam post annum MLXXXI edidisse Cumont ostendit[3]). Photii autem historiae Manichaeorum codices vetustissimi sunt Parisinus MCCXXVIII exaratus saeculo undecimo et Vaticanus Palatinus CCXVI exaratus saeculo decimo et certe non post eius dimidium, quod scripturae genere aliorum eiusdem temporis codicum comparato dilucidissime apparet.

---

1) ed. Cotelerius S. Patr. opp. I^2 545 et Tollius Insignia itineris Italici 1696. p. 144.

2) Patr. gr. 130, 1189 sqq.

3) La date et le lieu de la naissance d'Euthymios Zigabénos. Byzant. Zeitschrift XII, 582 sqq.

In hoc sane historia Manichaeorum Metrophani Smyrnaeo episcopo tribuitur. Insunt autem in codice Palatino CCXVI saeculi decimi post Basilii libros ad Eunomium scriptos haec [1]:

Fol. LXXVI. Metrophanis s. Smyrnaei episcopi narratio de recens exorta Manichaeorum regerminatione.

Fol. CVI^v. ex eiusdem Metrophanis diversis [i. e. tribus] contra eosdem Manichaeos homiliis excerpta ad Nicephorum:

Hom. I: εἰ ἀγαθὸς μὲν τὴν ψυχὴν δημιουργεῖ..
II: καί μοι τὰς ἀκοάς... fol. CXXVIII.
III: εἰ δὲ ἦν ὡς ὁ ἀποστάτης ... fol. CXLIII.

Fol. CLXI^v (Metrophanis) contra Manichaeorum recens propugnatum errorem secunda editio ad Antonium metropol. Cyzicenum: ἐπειδήπερ ἱερῶν ἀνδρῶν . .

Fol. CCXI^v: Eiusdem liber de S. Spiritus Mystagogia: ἐν πολλοῖς μέν εἰσιν οἱ ἔλεγχοι.

Sequitur Basilii sermo in Barlaam martyrem [2].

Ad ea A. Mai adnotavit [3]: 'Et in uno quidem ex Vaticanis scilicet CCXVI Metrophani id opus [sc. de S. Spir. Myst.] tribui observavit Allatius [4], in quo codice libros quoque adversus Manichaeos eidem Metrophani Smyrnensi episcopo tribui ego ipse vidi. Sed tamen hanc inscriptionem quis non falsam agnoscit, quam tot alii codices refellunt?'

Nam liber de mystagogia s. spiritus in multis aliis codicibus semper Photio ascribitur, libri contra Manichaeos in reliquis, qui mihi innotuerunt. Qui in codice Palatino homiliae vocantur libelli posterioribus respondent editionum libris contra Manichaeos, quorum, ut ex initiis cognoscitur, alter prima est homilia, tertius secundam et tertiam homilias comprehendit iniuria in duas partes discerptus. Etiam in codice Hamburgensi (apographo codicis Vaticani 1923 s. XIV), quo nititur editio Wolfii et Patrol. gr. [5], ubi incipit cod. Palatini homilia

1) Codices mss. Palatini graeci bibl. Vatic. dig. Stevenson. Romae 1885 p. 111 sq.

2) cf. praeterea Fabricii bibl. graec. X 540; Oudin. II 240; Possevini appar. sacr. II App. p. 81.

3) Vet. scr. n. c. I p. XXXXV.

4) De consensu utriusque religionis p. 575.

5) v. Patr. gr. 102, 147 adn. 46.

tertia, aliquot versuum spatium relictum est. Qui fol. CLXI incipit libellus, est liber quartus Photii.

Habemus igitur saeculi decimi codicem librorum contra Manichaeos neque iam, ut undecimo scripti sint saeculo, fieri potest.

Immo non modo non Photii librum ex parte ex Euthymii Zigabeni Panoplia sumptum esse, sed etiam ipsi Euthymio totum Photii librum, qualem nos habemus, in manibus fuisse demonstrari potest, quamquam Ter-Mkrttschian et Friedrich rationem contrariam probare studebant.

Nam primum Euthymius ipse in tituli XXIV. inscriptione fatetur se Photium exscripsisse his verbis[1]): Κατὰ τῶν λεγομένων Παυλικιάνων ἐκ τῶν Φωτίου τοῦ μακαριωτάτου πατριάρχου Κπόλεως. Deinde Photii narrationem ad verbum descripsit. Nec tamen totum librum in Panopliam recepit, sed ne titulus nimis extenderetur, partem omisit ratione usus, de qua ipse haec dicit[2]): χρὴ δὲ γινώσκειν, ὡς ὁ ἐπιλεξάμενος ἐγὼ τά τε ἤδη ῥηθέντα καὶ τὰ ἐφεξῆς ὑποτεταγμένα τῷ παρόντι τίτλῳ κεφάλαια, τὰ μὲν καθ' ὁλόκληρον τέθεικα, τὰ δὲ κατ' ἐπιτομὴν τὸ μῆκος ἐκκλίνας. Τινὰ δὲ τῶν ἐν τοῖς συγγράμμασιν τοῦ δηλωθέντος πατριάρχου καὶ πάντη παρέδραμον, ὅσα διὰ βαθύτητα νοημάτων ἢ καὶ διὰ τὸ λίαν ἐμπερίβολόν τε καὶ ἐγκατάσκευον ὀλίγοις μὲν ἦσαν προσιτὰ καὶ εὐάρεστα, τὰς αὐτὰς δὲ σχεδὸν παρίστων ἐννοίας τοῖς ἐκλεγεῖσιν, εἰ καὶ δι' ἄλλων λέξεων καὶ ἑτεροτρόπων ἐπιχειρημάτων συνεπεραίνοντο.

Quae quamquam imprimis de dogmatum explicationibus quae sequuntur valent, tamen etiam cum ea ratione, qua in componenda priore parte res gestas continente usus est, optime congruunt. Nam Photii capita I—X id est priorem Paulicianorum historiam totam exhibuit. Manichaeorum res gestas silentio praeteriit, cum titulo IX. iam de Manichaeis egisset. Quo in titulo quod historia haeresis Manichaeorum non exstat, offensionem non praebet. Nam res gestae sectarum omnino rarissime apud Euthymium commemorantur, in plurimis titulis velut in X., XI., XV., XVI., XVII. desunt, in extremis brevissime tractantur. Atque cum Euthymius ne bis idem narraret sedulo

1) Patr. gr. 130, 1189 C.
2) Patr. gr. 130, 1197 sq.

caveret, alteram Paulicianorum historiam paene totam omisit. Nonnulla tantum de Tychico dicta ei digna visa sunt, quae adderet: ὃ δὲ περὶ τοῦ ἀτυχοῦς τούτου Τυχικοῦ παρῆκεν ὁ λόγος, τοῦτο προσθήσω νῦν[1]).

Quibus e verbis Ter-Mkrttschian et Friedrich[2]) Euthymium illa de Tychico dicta de suo adiecisse concluserunt. At hac coniectura opus omnino non erat, cum non semel sed bis[3]) illa apud Photium scripta legamus et ea utroque loco cum iis quae antecedunt sequunturque arte coniuncta. Quare quod Friedrich ratus est, haec ex Euthymii libro sumpta bisque Photii narrationi inserta esse, ut vel codicis Palatini aetate evertitur, ita per se quoque credi omnino non potest.

Euthymius cum in eis, quae de ratione sua exponit, se in sequentibus quoque ita acturum esse dicat, vel inde colligi poterat eum etiam quae sequuntur ex Photio derivasse, id quod certo certius ita esse intelleget qui vel obiter posteriores Panopliae partes cum Photii libris inde ab altero contulerit. Tamen ea non modo Ter-Mkrttschianum sed etiam Friedrichium fugerunt. Nam Euthymius, quae de placitis Paulicianorum Photius explicavit, integra paene in librum suum transtulit, ordinem funditus evertit. Nam Photii alterum et tertium libros homilias fuisse et postea libro primo additos esse, ut quas ipse in extremo illo libro[4]) promiserat disputationes dogmaticas ederet, constat[5]). Has igitur homilias ante librum primum scriptas esse verisimile est, extremum autem librum se in exsilio omnibus libris privatum confecisse ipse narrat[6]). Quo factum est, ut saepius idem atque in prioribus libris exponeret. Euthymius Zigabenus autem, ne eadem argumenta bis afferret, totam materiam in quattuor partes disposuit:

---

1) Patr. gr. 130, 1197 D.

2) l. s. c. p. 87.

3) Patr. gr. 102, 48 B C. 69 A B.

4) Patr. gr. 102, 84 C.

5) cf. Hergenroether III 144 et adn. 10. Gieseler in editione Petri Siculi hist. Manich. p. VIII.

6) Patr. gr. 102, 180 A.

I. Non sunt duo principia.
II. Qui corpora idem et animas creavit.
III. De Deipara.
IV. De vetere testamento.

Cum Photii argumenta in has partes distribueret, ordinem eius turbavit. Sed etiam in singulis partibus Photii procedendi rationem recusavit. Nam, ut exemplum afferam, uno Photii loco in tres partes diviso anteposuit secundam, deinde primam, tum tertiam addidit. Quod facile fieri potuit, quia in hoc theologicarum disputationum genere argumentum argumento annectitur, quae, nisi quod ex eodem scripturae sacrae loco sumpta sunt, inter se non cohaerent. Quod ut accuratius intellegi possit, Euthymii locos nonnullos et qui eis apud Photium respondent hac tabula proponam:

EZ	P
Patr. gr. 130, 1200 A	102, 88 C D
1200 B—1201 C	89 A—93 A
1201 C—1204 B	105 A—C
1204 B	104 C—105 A
1204 C—D	105 D—108 B
1204 D—1205 B	112 B—D
1205 D—1208 A	164 D—165 A
1208 B—1209 B	96 B—98 D
1209 B	100 A—C
1209 D	193 C—D.

Cum quae Euthymius Zigabenus de ratione sua dixit, imprimis de dogmatum valeant explicatione, in posteriore parte illam strictissime secutus est. Verba Photii, sicut dixerat, ex parte leviter mutavit, maximam autem partem integra servavit.

Mirum autem est nec quomodo explicetur video, quod in Euthymii titulo vicesimo quarto legimus nonnulla, quae apud Photium non exstant. Earum partium Euthymii, quas supra enumeravi, prima altera quarta integrae paene apud Photium inveniuntur, sed quae de Maria disseruit, desunt. Neque aliter fieri potest, cum Photius in tribus illis libris hanc quaestionem ne tangat quidem. Nam cum agat de duorum principiorum doctrina defendatque vetus testamentum,

ex sex illis, quos Petrus Siculus, Photius, Georgius Monachus enumerant, erroribus Paulicianorum primum tantum et quintum tractat. An Euthymium Zigabenum haec ex alio libro adiecisse putamus? Sed semper accuratissime, unde quae exhibet sumpserit, adnotat, etiamsi brevissima sunt[1]). An in iis, quae nobis servata sunt, lacuna est et quae Euthymius Zigabenus apud Photium scripta legit postea interierunt? Sed Photius in praefatione libri quarti, in qua quid sit acturus exponit, θεοτόκον non commemorat[2]), immo primam alteram quartam Euthymii Zigabeni quaestiones sibi tractandas proponit. Easdemque quaestiones, quibus omnibus duorum principiorum doctrina redarguitur, libro secundo et tertio amplexus est[3]). Quare ex alio Photii libro Euthymium haec sumpsisse oblitumque esse libellum illum indicare aut hanc inscriptionem librarii cuiusdam vitio interisse putandum est.

Sed quamquam unde illa sumpta sint dicere non possumus, tamen Euthymium quattuor Photii libros manibus tenuisse Photioque attribuisse certo certius constat, ita ut sententia eorum, qui eos maximam partem spurios esse contenderunt, stare iam non possit.

Caput alterum.

De Petro Siculo et eius historia Manichaeorum.

Petrus Siculus quis fuerit, nisi ex ipsius libris non comperimus. Scripsit historiam Manichaeorum et tres sive sex sermones contra Manichaeos.

Petrus Siculus ipse in hist. Man. narrat se altero Basilii imperatoris anno Tephricam, in oppidum Paulicianorum, profectum esse, ab imperatore captivos redimere iussum. Ubi

1) cf. exempli causa titulum XIV.

2) Patr. gr. 100, 180 A B.

3) Neque in Amphilochiis aut epistulis aut homiliis (Patr. gr. 102, 542—575), quae Euthymius exhibet, inveniuntur.

cum novem menses versatus esset, imperatorem post reditum se adhortatum esse, ut quae apud Paulicianos comperisset litteris mandaret[1]). Quo munere Petrus in aula imperatoria functus sit, ex illa Paulicianorum et Manichaeorum historia ipsa enucleandum est. Sed vel inde, quod iussu imperatoris ad haereticos missus est, apparet eum non humilem tenuisse locum. Quid quod imperatori filiisque eius omni modo adulatus[2]) veritatem saepius egressus est. Usque eo adulationis processit — ut appellationes blandas laudantesque silentio praetereamus — ut imperatorem et duos eius filios cum trinitate divina compararet, quae eorum, quae in carmine dedicatorio corporis librorum contra Manichaeos scriptorum legimus, persimilia sunt.

Iam quaestio oritur, utrum Petrus Siculus laicus fuerit an clericus. Quod cum ipse non dixerit, proficiscendum est ab eis partibus libri, quibus de se ipse verba facit: quae sunt praefatio prior, epistula ad archiepiscopum Bulgarorum data, praefatio altera, qua quae sit narraturus exponit quamque post reliquum librum scriptam esse ex verbis cum posteriorum capitum verbis plane congruentibus colligi potest; praeterea ea, quae interposuit inter vetustiorum Manichaeorum et recentiorum, id est Paulicianorum, historias[3]). In omnibus his partibus scientia atque usus haud mediocris librorum sacrorum apparet, quorum loci saepe adhibentur[4]). Omnino praefatio prior ad librum, quo quaestiones dogmaticae et theologicae contineantur, aptior est quam ad eum, quo res gestae narrentur. Quamquam historia haereticorum etsi non modo placitis sed etiam armis contra imperium pugnantium non tam ad historiam profanam quam ad ecclesiasticam pertinet. Certe autem praefatio illa ei, qui Petrum clericum fuisse putat, maxime favet.

Accedit quod Petrus Siculus zelo orthodoxo incitatus multas detestationes haereticorum eorumque errorum et laudationes patrum et eorum quae docuerunt narrationi inseruit, quorum similia legimus in Georgii Monachi codice P, qui

---

1) Patr. gr. 104, 1241 A. 1304 B.
2) 1241 A. 1276 A. 1304 B.
3) 1273 B sqq.
4) 1240 A. 1244 A.

praeter ceteros ecclesiasticam speciem prae se fert[1]. Exempli causa detestationes nonnullas ex Petri Siculi libro afferam ut δυσώνυμος, θεόληστος, πολλῆς ἀτιμίας ἄξιος, τῆς ἀπωλείας ὁδηγός, qualia nemini, qui in scriptis ecclesiasticis versatus est, ignota sunt.

Praeterea conferas verba καὶ μόνοι διαγινώσκουσι τὸν δόλον αὐτῶν οἱ ἐν πολλῇ τριβῇ τῆς θείας γραφῆς ὑπάρχοντες[2], in quibus se illorum esse dicit, quibus libri sacri pernoti sint; et τοῖς δ' ἁπλουστέροις ἔτι καὶ γάλα ποτιζομένοις ἀποστολικῶς εἰπεῖν ὡς νηπίοις ἀσφαλὴς ἕδρα τὸ μὴ περιπίπτειν ὡς καλοῖς τοῖς χείροσιν. ἀρίστη γὰρ αὕτη μηχανὴ τοῖς ἁπλουστέροις τοὺς μιαροὺς ἐκείνους ἀποτρέπεσθαι[3]. Respicit locum epistulae ad Corinthios scriptae prioris capitis tertii versum alterum, ubi scriptum est: κἀγώ, ἀδελφοί, οὐκ ἐδυνήθην λαλῆσαι ὑμῖν ὡς πνευματικοῖς, ἀλλ' ὡς σαρκίνοις, ὡς νηπίοις ἐν Χριστῷ γάλα ὑμᾶς ἐπότισα, οὐ βρῶμα, οὔπω γὰρ ἐδύνασθε. Apparet eum qui se opponat νηπίοις, ἁπλουστέροις, ἰδιώταις, quo verbo etiam in sequentibus saepius usus est, ipsum fuisse πνευματικόν, clericum, qui a laicis venenum haeresis prohibebat.

Accedit quod Petrus Siculus non modo res a Paulicianis gestas narravit, sed etiam eorum placita tribus sermonibus confutavit, qui aetatem tulerunt[4]. Petrus ipse in historia saepius se confutationem errorum Paulicianorum adiuncturum esse dixit: 1253 A εἶθ' ὕστερον μετὰ τὴν περὶ αὐτῶν ἱστορίαν καὶ τῆς πρὸς αὐτοὺς συμπλοκῆς ἀπαρξόμεθα . . . . εὐθύς τε τὰς γραφικὰς ἀποδείξεις τε καὶ μαρτυρίας ἑνὸς ἑκάστου κεφαλαίου ἐν παραλλήλων τάξει ὑποθήσομεν, cf. 1257 B. 1304 B. His κεφαλαίοις alio loco nomen ἓξ λόγων imposuit, cum sint refutatio sex dogmatum Paulicianorum, quae in initio historiae enumeravit. Ex quibus in tribus qui servati sunt sermones, tria prima refelluntur. Quare dubium esse non potest, quin illi sermones revera a Petro Siculo scripti sint; reliqui aut interierunt aut omnino scripti non sunt. Quae cum ita sint et laicum

1) cf. Georgii Monachi chronicum ed. de Boor p. 718 sqq. adn. et de Boor Byzant. Zeitschrift VIII 40 sqq.

2) Patr. gr. 104, 1245 A.

3) 1244 C.

4) 104, 1305 sqq.

dogmata theologica argumentis theologicis ita redarguere potuisse vix credibile sit, Petrus Siculus in clericorum numero habendus est.

Restat res minoris sane momenti. Nam humile quoque genus dicendi, quo Petrus Siculus utitur, cum de se ipso et de scriptis suis verba faciat, optime quadrat in ecclesiae ministrum: se ipsum dicit εὐτελῆ καὶ πάσης ἀρετῆς ἀμέτοχον 1241 C, similia leguntur 1304 B. Praeterea ἁμαρτωλόν se appellat 1305 A, quo nomine illius temporis scriptores monachos appellare solebant[1]). Simili more Petrus Siculus de opere suo dicit[2]) αὐτὸς ... τὸ ἀκαλλὲς τῶν λέξεων παραδραμὼν δέχοις τὴν πρόθεσιν ἡμῶν, μὴ τὰ πρὸς ἀξίαν ἐπιζητῶν. οὐδαμῶς γὰρ εὑρήσεις ἐν ἡμῖν ἀρετῆς ἴχνος οὐδὲ καλλονὴν λόγου, καθὼς γνώσῃ ἐν τοῖς ὑποτεταγμένοις seque ipsum ἰδιώτην τῷ λόγῳ 1240 A vocat, quo ex verbo quam falso Hergenroether[3]) laicum fuisse Petrum Siculum concluserit vides.

Caput tertium.

Quo tempore Petri Photiique libri conscripti esse videantur.

Quo tempore Petrus Siculus opus suum confecerit, ex eis quae supra dicta sunt apparet. Cum altero Basilii anno, id est post mensem Septembrem anni 868[4]) Tephricam profectum ibique novem menses versatum se esse affirmet, neque ante medium annum 869 nec post medium annum 870 eum revertisse verisimile est. Certe autem non multo post reditum historiam scribere suscepit, credas anno 870. Cum Chrysocherem ut vivum commemoraverit[5]), ante annum 874[6]) opus absolvit.

1) cf. Georg. Mon. chron. ed. de Boor I p. V.

2) 1244 A. 3) l. s. c. III 149.

4) Falso Windischmann annum 869 indicat in Tübinger theol. Quartalschrift 1835, p. 34. 5) 104, 1304 B.

6) cf. Gelzer in Krumbacheri Geschichte d. byz. Literatur p. 975.

Petrus Siculus cum novem menses apud Paulicianos fuisset, prae ceteris aptus erat ad describendam hanc sectam omnibus auctoribus abiectis. Et praedicat saepius se hoc illud ipsum comperisse velut: 1241 B χρονοτριβήσας τοίνυν ἐν τῇ αὐτῇ δουλείᾳ πρὸς τοὺς Παυλικιάνους ἐν Τιβρικῇ καὶ πολλάκις αὐτοῖς διαλεχθείς, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ παρὰ πολλῶν ὀρθοδόξων ἐκεῖσε κατοικούντων ἀκριβέστερον τὰ περὶ αὐτῶν μαθών cf. 1253 B. 1257 B ἀπάρξομαι δὲ οὕτως τά τε παρὰ τοῦ μακαρίου Κυρίλλου ἐν ταῖς κατηχήσεσιν ῥηθέντα προθεὶς καὶ τὰ π α ρ' ἡ μ ῶ ν ἀ ρ τ ί ω ς δ ι α γ ν ω σ θ έ ν τ α ὑποθείς. 1256 C . . . ὡς ἐγὼ ὑπολαμβάνω, ὅπερ α ὐ τ ο ῖ ς κ α ὶ π ο λ λ ά κ ι ς κ α τ ὰ π ρ ό σ ω π ο ν ε ἶ π ο ν . . .

Nihilominus Ter-Mkrttschian Petrum Siculum apud Paulicianos fuisse omnino negat[1]) quoniam nec fieri id omnino potuerit neque quae Petrus narret inter se congruant.

Vel inscriptio libri ei suspicioni est: Πέτρου Σικελικοῦ ἱστορία . . . αἱρέσεως τῶν Μανιχαίων τῶν καὶ Παυλικιάνων λεγομένων, προσωποποιηθεῖσα ὡς πρὸς τὸν ἀρχιεπίσκοπον Βουλγαρίας; offendit enim in verbo προσωποποιηθεῖσα, quo eum, ad quem epistula datur, fictum esse significari putat, praesertim cum additum sit vocabulum ὡς. Atqui hac inscriptione, ad verbum ut interpretemur, nil aliud significari potest nisi Petri historiam Manichaeorum quasi alloquentem archiepiscopum Bulgarorum inductam esse i. e. scriptorem eius peculiaribus verbis ad archiepiscopum se convertisse, librum suum ad illum misisse.

Praeterea Ter-Mkrttschian omnino probabile non esse putat Petrum Siculum librum suum ad archiepiscopum Bulgarorum misisse[2]). Sed res tum gestae optime cum hac inscriptione congruunt, cum illa aetate papa Romanus et patriarcha Constantinopolitanus acerrime inter se de iure episcopi Bulgarorum eligendi contenderint et legati patriarcharum orientalium id patriarchae Cpolitani esse decreverint[3]). Quo facto insequentibus annis novo Bulgarorum archiepiscopo ab Ignatio patriarcha ipso consecrato Byzantini ut regnum Bulgarorum artius cum

1) l. s. c. p. 13.
2) p. 14.
3) cf. Hergenroether II 149 sqq.

imperio conecterent magnam dederunt operam. Ad ea studia nescio an etiam Petri Siculi libellus pertineat. Et Paulicianos revera in animo habuisse Bulgaros ad suam convertere fidem, id quod Ter-Mkrttschian[1]) futilibus nisus argumentis negavit, cum apud Cedrenum[2]) Paulicianos quosdam Constantino Copronymo regnante in Thraciam translatos esse legamus, probabile fit. Quae Cedreni verba an errori tribuenda essent cum dubitavissent Gieseler[3]) et Neander[4]), Döllinger[5]) idem a Theophane[6]) narrari ostendit.

At Mkrttschian, Febvrelium[7]) secutus, Petrum omnino apud Paulicianos fuisse negat[8]). Offendit enim in verbis supra allatis, quibus Petrus dicit se a Christianis rectae fidei addictis ἐκεῖσε κατοικοῦσι de haereticis certiorem factum esse. Num Tephricae, inquit, erant Christiani orthodoxi, in capite haereticorum illorum, qui vi et armis contra rectam fidem pugnabant? Nec tamen Petrus Siculus hoc dixit. Verbum ἐκεῖσε oppidum ipsum significet necesse non est, sed in itinere Petrus ab eis, qui finitimi erant Paulicianis, quibus satis illos notos fuisse patet, de Paulicianis certior fieri potuit.

Verum Ter-Mkrttschian Petrum Siculum Alexii imperatoris temporibus scripsisse librum suum demonstrare conatus est[9]). Neque enim Basilii sed Alexii laudandi causa eum librum confecisse; omnia quae de Basilio dicta esse videantur, re vera ad Alexium spectare. Qua de coniectura somnio simili verba facere opus non est. Id tantum redarguendum est, quod Mkrttschian Petrum Siculum iniuria se altero Basilii filiorumque anno ad haereticos profectum esse narrare dicit[10]), cum Basilii filii non simul cum patre imperium

---

1) p. 14.
2) II p. 10 ed. Bonn.
3) Untersuchungen über die Geschichte der Paulicianer. Theologische Studien und Kritiken II 1829. p. 90.
4) Allg. Gesch. d. christl. Religion und Kirche III p. 507.
5) Beiträge zur Sektengeschichte des Mittelalters. München 1890. I p. 12.
6) p. 429, 21 ed. de Boor.
7) Des Pauliciens. Thesis. Strassburg. 1868. p. 4.
8) l. s. c. p. 15.
9) p. 15. 119 sqq. 10) p. 28.

adierint. Sed cum eo tempore, quo Petrus Siculus scripsit, i. e. a. fere 870, filios a Basilio in societatem regni assumptos fuisse constet [1]), illorum ut par erat mentionem facere non omisit.

Cum quo tempore Petrus Siculus historiam suam scripserit satis certo sciamus, facile uter altero usus esset cognosci posset, si pari modo Photiani libri tempus definire liceret. Et sibi visi sunt viri docti [2]) habere terminum, ante quem liber scriptus esset necesse esset. Nam verba Photii in extremo libro posita [3]) ταῦτα διελθὼν εἰς τὸν δεύτερον ἀνατίθεται λόγον τάς τε κατ' ἔπος τῶν δυσσεβῶν δοξασμάτων ἀνασκευάς, ... ἂν ἄρα τὸν γράφοντα τῆς πολλῆς συνοχῆς ἀνοχὴν ἡ φιλάνθρωπος ἰδεῖν παρασκευάσει καὶ θεία εὐμένεια ad id tempus, quo primum tenebat patriarchatum, revocaverunt. Sed cum συνοχή vocabulum non solum negotia sed etiam res adversas [4]) significet, verba illa non minore certe iure ad exsilium patriarchae referri possunt. Neque in exsilio talem librum scribendi potestate caruit. Nam quamquam saepius questus est sese libris necessariis destitutum esse [5]), tamen quin augustias suas supra modum auxerit dubitari nequit [6]).

Cum ex indole totius operis tum inde, quod Photius ipse a Paulicianis conversis de haeresi certior factus est [7]), verisimile fit eum clericum fuisse, librum igitur post annum 857 [8]) scriptum esse. Certe ante annum 874, quo Chrysocheres mortuus est [9]), quem Photius ut superstitem commemorat [10]), confectus est.

---

1) cf. Ferd. Hirsch Byzantinische Studien. 1876. p. 167. Doleo quod mihi libri A. Vogtii (Basile I[er] empereur de Byzance. Paris. 1908) inspiciendi facultas non erat.

2) Hergenroether III 146. Gieseler p. VII. Engelhardt p. 12.

3) Patr. gr. 102, 84 C. 4) cf. Paul. ad Cor. II 2, 4.

5) Locos congessit Hergenroether II 188.

6) cf. Hergenroether II 251: Namentlich beweisen seine eigenen Briefe und seine gerade im Exil in grosser Anzahl verfassten theologischen Abhandlungen, dass das Verbot der Kommunikation mit anderen auch in der ersten Zeit nicht so streng zur Ausführung kam und ihm auch Bücher und Schriften zu Gebote standen, wenn auch nicht alle, die er gewünscht hätte.

7) 102, 16 A. 8) cf. Hergenroether I 379.

9) cf. supra p. 17. 10) 102, 84 B

Quod sub calcem libri (84 B) vaticinari ausus est τάχα ἂν οὐ νεανιεύσαιτο ἡ γραφή, οὐκ εἰς μακροὺς προαγορεύουσα χρόνους ῥυῆναί τε καὶ διαφθαρῆναι τοῦ ἀποστατικοῦ . . . πληρώματος . . . καὶ τὰ δόγματα καὶ τὴν ἰσχύν, scripsisse videtur quo tempore iam maiore apparatu bellum contra illos parabatur [1]). Sed cum accuratiora de his rebus memoriae tradita non sunt, ad certum quendam terminum intra annos fere 867—874 illa verba revocari vix queunt.

Caput quartum.

De ratione quae intercedit inter Cyrillum Socratem Epiphanium et Petrum Photiumque.

Quoniam uter prius altero scripserit Petrusne an Photius nesciamus, ex libris ipsis ratio, quae inter eos intercedat, indaganda est. Qua in re ut fundamento quam firmissimo nitatur quaestio, proficiscendum est ab iis eorum partibus, quibus quae continentur ad fontes redeunt etiam nunc superstites; nam si omnino, his examinatis spes est fore, ut ad certum finem perveniamus. Huius generis imprimis sunt ea Petri Photiique capita, quibus eaedem fere res etsi verbis plus minusve discrepantibus de Manete, sectae ut illis videbatur antistite, produntur. Atque cum Photius auctores non nominet, nisi quod in cap. XI eorum, qui ante eum contra Manichaeos scripserunt, nonnullos enumerat, Petrus Siculus disertis verbis tradit [2]) se Cyrillo Socrate Epiphanio usum esse. Respondent autem:

Petri capitibus XI–XVIII Photii capita XII–XIV = Cyrilli catech. VI cap. 21–35

Petri cap. XIX Photii cap. XIV extr., cf. Socratis hist. eccl. I 22

Petri cap. XX Photii cap. XV = Epiphan. lib. de mensuris et ponderibus.

Iam ad comparandas singulas has utriusque libri partes accedamus. Atque primum quidem quaeramus, quaenam ratio intercedat inter Cyrillum et Petrum Photiumque.

---

1) cf. Brinkmann Alex. Lycop. p. XXV 3.

2) 1257 B, 1269 C, 1272 B.

I De Cyrillo. Petrus Siculus Cyrilli narrationem ad verbum descripsit. Sed auxit eam tribus locis, neque unde duo horum additamentorum sumpserit ignoramus: adiit abiurandi formulam Manichaeis in ecclesiam recipiendis scriptam, quam primus Goar in Rituali Graecorum edidit[1]). Et primo quidem loco agitur de Manichaeorum libris sacris; quos Petrus Siculus Cyrillum secutus enumerat sed ita, ut addat quae de iis in formula illa invenit.

Formula p. 446 sq.	PS 1257 C.	P 33 B.
ἀνάθεμα Μάνεντι ἤτοι Μανιχαίῳ . . καὶ τοῖς δόγμασιν αὐτοῦ καὶ πᾶσι τοῖς ἐκτεθεῖσι καὶ συγγραφεῖσι παρ' αὐτοῦ καὶ πᾶσι τοῖς πειθομένοις αὐτῷ καὶ τοῖς ὡς προεῖπον παρ' αὐτοῦ ἀσεβῶς ἐκτεθεῖσι πέντε βίβλοις, ἃ καὶ ἐκάλεσεν οὗτος τὸ Ζῶν Εὐαγγέλιον, ὅπερ νεκροποιεῖ καὶ τὸν Θησαυρὸν τῆς Ζωῆς, ὅπερ ἐστὶ θησαυρὸς θανάτου. καὶ ⟨τὴν⟩ τῶν ἐπιστολῶν ὁμάδα καὶ τὴν τῶν Μυστηρίων, ἥτις ἐστὶ πρὸς τὴν ἐπιτηδευθεῖσαν αὐτοῖς ἀνατροπὴν τοῦ νόμου καὶ τῶν ἁγίων προφητῶν καὶ τὴν τῶν Γιγάντων	οὗτος . . . τέσσαρας βίβλους συνέταξε· μίαν καλουμένην τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον ⟨ὃ⟩ νεκροποιεῖ[ς], οὐ Χριστοῦ πράξεις περιέχουσαν, ἀλλ' ἁπλῶς μόνην τὴν προσηγορίαν. καὶ ἄλλην καλουμένην Κεφάλαιον καὶ τὴν τρίτην τῶν Μυστηρίων, ἥτις ἐστὶ πρὸς τὴν ἐπιτηδευθεῖσαν αὐτοῖς ἀνατροπὴν τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν. τετάρτην ἣν περιφέρουσι Θησαυρὸν Ζωῆς καλοῦντες, ἥπερ ἐστὶ θησαυρὸς θανάτου.	οὗτος . . . τέσσαρας συντάττει βίβλους, ὧν τὴν μὲν Εὐαγγέλιον ἐπωνόμασεν, ἐν ᾗ πράξεις Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν φθοροποιοί τινες καὶ ἀποτρόπαιοι θεομάχῳ γνώμῃ διαπλάττονται. τῇ δευτέρᾳ δὲ Κεφάλαιον τὴν κλῆσιν ἐπέθετο καὶ τὴν τρίτην τῷ τῶν Μυστηρίων ἐσέμνυνεν ὀνόματι, ἐν ᾗ ὡς ἔδοξεν αὐτῷ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν διασκευαί τινες καὶ διαβολαὶ πραγματεύονται. ἡ δὲ τετάρτη ψυχικοῦ θανάτου πρόξενος οὖσα Θησαυρὸς Ζωῆς ἐπιγέγραπται.

1) In afferendis locis secutus sum Fickeri editionem Zeitschr. f. Kirchengesch. 27, 446 sqq.

Formula.	PS.	P.
πραγματείαν καὶ τὴν λεγομένην Ἑπτάλογον Ἀγαπίου καὶ αὐτὸν Ἀγάπιον καὶ πᾶσαν αὐτῶν βίβλον καὶ πᾶσαν εὐχὴν παρ' αὐτῶν λεγομένην, μᾶλλον δὲ γοητείαν.		

Altero loco Manetis discipulos enumerat. Nam cum Cyrillus tres discipulos fuisse Maneti narret, Petrus Siculus et Photius duodecim nomina afferunt. Quae iterum Petrus Siculus ex formula illa sumpsit. Sed hoc loco et verba et ordinem mutavit neque tamen ita, ut non singula verba integra servata eum formula usum esse indicarent.

Formula p. 447.	PS 104, 1265 BC.	P 102, 41 B.
ἀναθεματίζω δὲ καὶ καταθεματίζω Ζαράδην καὶ Βοδδὰν καὶ Σκυθιανόν ...	ἦν δὲ πρὸ τούτου καὶ ἕτερος τῆς κακίας διδάσκαλος Ζαράνης ὀνόματι, ὁμόφρων αὐτοῦ ὑπάρχων.	ἕτερος δὲ τῷ χρόνῳ βραχύ τι τούτου προγενέστερος, ὁμότιμος δὲ τὴν δυσσέβειαν, Ζαράνης ὄνομα, καὶ αὐτὸς οὐκ ὀλίγα ταῖς δυσσεβείαις τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει ἐπελυμήνατο.
ἔτι ἀναθεματίζω καὶ Σισίννιον, τὸν διάδοχον τοῦ αὐτοῦ Μάνεντος, καὶ Ἀδδὰν τὸν καὶ Ἀδείμαντον, ὃν ἀπέστειλεν ὁ αὐτὸς δυσσεβὴς Μάνης εἰς διάφορα κλίματα. πρὸς δὲ τούτοις ἀναθεμ. καὶ κα-	μαθηταὶ δὲ τούτου τοῦ ἀντιχρίστου Μάνεντος γεγόνασι δώδεκα· Σισίννιος, ὁ τούτου διάδοχος, καὶ Θωμᾶς, ὁ τὸ κατ' αὐτὸν Μανιχαϊκὸν εὐαγγέλιον συντάξας, Βουδδᾶς τε καὶ Ἑρμᾶς, Ἄδαντος καὶ Ἀδείμαντος[1]), ὃν ἀπέ-	μαθηταὶ μέντοι τοῦ δυσωνύμου Μάνεντος γεγόνασι δώδεκα, Σισίννιος, ὁ καὶ τὸ ἀξίωμα αὐτοῦ τῆς δυσσεβοῦς διδασκαλίας ἀναδεξάμενος, καὶ Θωμᾶς, ὁ τὸ κατ' αὐτὸν ὀνομαζόμενον συνταξάμενος εὐαγγέλιον, Βού-

1) In formula recta nominis forma traditur. Addan et

Formula.	PS.	P.
ταθεμ. σὺν τοῖς προγεγραμμένοις πᾶσιν Ἱέρακα καὶ Ἡρακλείδην καὶ Ἀφθόνιον, τοὺς ἐξηγητὰς καὶ ὑπομνηματιστὰς τοῦ αὐτοῦ ἀνόμου καὶ βεβήλου Μάνεντος, καὶ Θωμᾶν καὶ Ζαρούαν καὶ Γαβριάβιον.	*στειλεν εἰς διάφορα κλίματα* κήρυκα τῆς πλάνης. ἐξηγηταὶ δὲ αὐτῷ καὶ ὑπομνηματισταὶ γεγόνασιν Ἱέραξ καὶ Ἡρακλείδης καὶ Ἀφθόνιος. ὑπῆρχον δὲ αὐτῷ καὶ ἕτεροι μαθηταὶ τρεῖς, Ἀγάπιος, ὁ τὴν Ἑπτάλογον συντάξας, καὶ Ζαρούας καὶ Γαβριάβιος.	δας τε καὶ Ἑρμᾶς καὶ[1]) Ἀδάμαντος καὶ Ἀδείμαντος[2]), *ὃν καὶ διαφόροις διέπεμψε κλίμασι* τῆς πλάνης καὶ τῆς ἀποστασίας αὐτῶν κήρυκα. ἐξηγηταὶ δὲ αὐτοῦ καὶ οἷον ὑπομνηματισταὶ αὐτοῦ[1]) γεγόνασιν Ἱέραξ τε καὶ Ἡρακλείδης καὶ Ἀφθόνιος. ἠριθμοῦντο δὲ τῷ χορῷ τῶν μαθητευθέντων αὐτῷ καὶ Ἀγάπιος, ὁ τὴν Ἑπτάλογον καλουμένην συντάξας, καὶ Ζαρούας καὶ Γαυριάβιος.

Omnia, quae Petrus Siculus affert, in formula invenit excepto numero discipulorum exceptisque eis verbis, quae ad Agapii nomen addidit. Haec ex formulae loco supra allato sumpsit, quem in iis quoque quae sequuntur spectat verbis, quorum similia apud Cyrillum non exstant. Nam verba diductis litteris impressa ex formula eum derivasse patet (1265 CD): μήτε τὴν Ἑπτάλογον Ἀγαπίου, μήτε *τὴν τῶν ἐπιστολῶν ὁμάδα* μήτε *τὴν πᾶσαν παρὰ τούτων ⟨τῶν⟩ ἀσεβῶν ἐκτεθεῖσαν βίβλον* ἀναγινωσκέτω, εἰς λύμην πολλῶν καὶ τῆς

Adimantum non duos esse homines, sed eundem duobus nominibus appellatum inde apparet, quod duobus illis nominibus in formula singularis forma relativi adiungitur. Cf. praeterea Augustini testimonium in libro c. adversar. legis et prophet. II 41 = opp. ed. Bassani 1797. tom. X p. 728 B: iam illud aliud, quod in eodem codice scribi coeperat, Adimanti opus est, illius discipuli Manichaei, qui praenomine Addas dictus est. V. etiam Ficker Zeitschr. f. Kirchengeschichte 27, 447 adn. 8. Erroris causa fuit locutio τὸν καὶ (cf. W. Schmid Der Atticismus III 338) non intellecta.

1) καὶ et αὐτοῦ addidi ex codicibus. 2) Cf. p. 23, 1.

οἰκείας ψυχῆς ἀπώλειαν. πᾶσαν γὰρ αὐτῶν βίβλον ὡς ἀσεβῆ διδάγματα κατέχουσαν καὶ βλασφημίας πάσης πεπληρωμένην καὶ πᾶσαν εὐχὴν λεγομένην παρ' αὐτῶν, μᾶλλον δὲ γοητείαν ἡ καθ' ἡμᾶς ἁγία καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία ἀνεθεμάτισε, μετὰ δὲ τοὺς ἐκθεμένους αὐτὰς ὡς πολλῶν καὶ μεγάλων κακῶν ἐφευρετὰς καὶ ὁδηγοὺς ἀπωλείας. ἀνεθεμάτισε δὲ καὶ πάντας τοὺς μαθητευομένους ὑπ' αὐτῶν.

In his verbis sollemnis ecclesiae appellatio vocabulumque ἀναθεματίζειν bis usurpatum clamant Petrum ipsum abiurandi formulam ab ecclesia probatam manibus tenuisse.

Iam Photium inspiciamus, cuius verba iuxta posuimus. Quae ut recte comparare possis, tenendum est Photium, ut erat vir litteris maxime imbutus scribendique peritissimus, sedulo operam dedisse, ut auctoris orationem in suum dicendi genus transponeret. Singula quidem verba hic illic servavit, narrationem autem uberiorem reddidit et comparationibus, haereticorum detestationibus, similibus auxit. Quare non facile est distinctu, quibus locis ornatiorem tantum reddiderit sermonem, quibus re vera nova quaedam addiderit, qua in re ne huic generi plura tribuamus cavendum est. Quod quo facilius intellegas, praeclarum exemplum proponam:

Cyrillus 33, 582 = PS 104, 1260 C.

καὶ μέσος ἐλθὼν λοιπὸν τὰ ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐπηγγέλλετο. ἐνόσει τοῦ βασιλέως Περσῶν ὁ υἱὸς καὶ ἰατρῶν δαψιλεία παρῆν. ἀλλ' ὁ Μάνης ἐπηγγέλλετο διὰ προσευχῆς ὡσανεὶ εὐσεβὴς κατορθώσειν. ἀπέστησαν οἱ ἰατροί, συναπέστη τοῦ παιδὸς ἡ

P 102, 40 A.

ἀλλ' ὁ μὲν ἐμβρόντητος Μάνης τῷ κακῷ γεγονὼς περιβόητος ἥκει ταῖς φήμαις μέχρι καὶ τῶν ὤτων τοῦ Περσῶν βασιλέως. ὁ δὲ (καὶ γὰρ αὐτοῦ ὁ παῖς νοσήματι ἑαλώκει), ἐπεὶ τὸν Μάνην ἐπαγγελλόμενον ἤκουεν εὐχῇ τὸν παῖδα ῥύσασθαι τῆς νόσου, δέχεται τὸν ἀλαζόνα τοῦ παιδὸς ἐπὶ θεραπείᾳ. καὶ δὴ οὗτος τοὺς παρόντας ἰατροὺς καίτοι ῥᾳδίαν ἐπαγγελλομένους τοῦ[1]) παιδὸς τὴν ἴασιν ἀποπεμψάμενος ἅμα τε τὴν[1]) εὐχὴν ἐτέλει καὶ τῆς ζωῆς ἤλαυνε[1]) τὸν οὐκ ἂν τοῦτο

1) τοῦ et τὴν addidi e codicibus Palatino et Parisino, eosdem secutus ἤλαυνε scripsi pro ἐξήλαυνε.

Cyrillus.	P.
ζωή, ἠλέγχθη ἡ ἀσέβεια τοῦ ἀνδρός, καὶ δέσμιος ἦν.	παθόντα, εἰ μὴ αὐτὸς τὴν θεραπείαν ὑπέσχετο. οὕτω γοῦν θᾶττόν τε καὶ περιφανῶς τῆς ἀσεβείας τε καὶ ἀλαζονείας τοῦ κακοδαίμονος στηλιτευθείσης εἱρκτὴν κακούργων οἰκεῖν ὁ πλάνος καταδικάζεται.

Quare in talibus utrum Photius Cyrilli narrationem an Petri Siculi, qui illam integram servavit, secutus sit, in suspenso est. Quam ad quaestionem solvendam maximi momenti sunt loci illi, quibus Petrus Siculus Cyrilli orationem formulae ope auxit. Nam cum ipsum illam adhibuisse, Cyrilli et formulae docent verba iuxta posita, in quibus, quae utrique debeantur, facile distinguuntur. Photius autem eadem ac Petrus narrat sermone aequali concinnoque, neque ullum compositionis exstat vestigium. Qua ex narratione ut Petrus Photium praeter Cyrillum formulam quoque adhibuisse cognoverit et ipse quoque illa usus sit, fieri omnino non potest. Immo Petrus Siculus duorum auctorum verba conflavit, Photius totam rem e Petri libro sumpsit.

Photium igitur Petri Siculi libro usum esse luculenter apparet. Quod confirmatur tertio loco, ubi Petrus Siculus Cyrilli orationem verbis aliunde petitis amplificavit.

PS 104, 1260 C.	P 102, 37 B.
Manes se Paracletum appellavit ὡς καὶ οἱ πρὸ αὐτοῦ. ὁ μὲν Σκυθιανὸς ἐτόλμησε πατέρα ἑαυτὸν ὀνομάσαι, ὁ δὲ Βουδδᾶς υἱὸν τοῦ θεοῦ καὶ πατρός, ἐκ παρθένου τε γεγεννῆσθαι καὶ ἐν τοῖς ὄρεσιν ἀνατρέφεσθαι. ὅθεν καὶ δώδεκα μαθητὰς ὁ ἀντίχριστος τῆς πλάνης κήρυκας ἀπέστειλεν.	τὸν τοιοῦτον τρόπον τῆς μιμήσεως ἐκ τῶν καθηγησαμένων αὐτοῦ διαδεξάμενος. καὶ γὰρ δὴ τούτων ὁ μὲν Σκυθιανὸς πατέρα ἑαυτὸν, ὁ δὲ Τερέβινθος υἱὸν τοῦ θεοῦ ἐκ παρθένου τε γεννηθῆναι (ὢ τῆς ὑπερβολὴν οὐκ ἐχούσης ἀθεότητος) ὀνομάζειν ἀπετόλμησεν. ἐξ οὗ καὶ μαθητὰς συνηθροίσατο δύο καὶ δέκα, οὓς καὶ τῆς πλάνης διέπεμπε κήρυκας.

In his enim Photius cum indignationis verba interposuisset, primum omisit dicere Terebinthum se in montibus enutritum

esse praedicasse[1]). Deinde cum Petrus Siculus vocabulo ὀνομάζειν anteposito per zeugma quod dicitur adderet ἐκ παρθένου τε γεγεννῆσθαι καὶ ἐν τοῖς ὄρεσιν ἀνατρέφεσθαι (sc. ἔλεγεν), Photius ὀνομάζειν vocabulo ad finem reiecto structuram turbavit. Unde Petrus Siculus haec sumpserit, enucleare non contigit. Cum in cap. XIX Socratis librum adhibuerit, eius hoc quoque loco in mentem venit, apud quem scripta leguntur haec[2]): ὅστις εἰς τὴν Βαβυλωνίαν χώραν ὁρμήσας . . . πολλὰ περὶ ἑαυτοῦ ἐτερατεύετο, φάσκων ἐκ παρθένου γεγενῆσθαι καὶ ἐν ὄρεσιν ἀνατετράφθαι. Idem narratur in Actis Archelai[3]), quibus Socrates hoc loco usum se esse fatetur. Sed desunt cetera quae Petrus Siculus de Terebintho, quae de Scythiano et de duodecim tradit discipulis[4]).

II De Socrate. In capite undevicesimo Petrus se Socratis quoque librum inspexisse dicit. Sed cum quae ibi legit plane congruerent cum eis quae Cyrillus narrat, omisit ea una sententia excepta[5]): αἱ τῶν βίβλων τοίνυν ὑποθέσεις χριστιανίζουσι μὲν τῇ φωνῇ, τοῖς δὲ δόγμασιν ἑλληνίζουσιν. Qua commotus Petrus fusius de simulatione Manichaeorum verba fecit, qui libros sacros immutatos quidem legerent, ad haereticum autem sensum interpretarentur. Qua de re certior factus est historia uberiore Paulicianorum, quam postea descripsit. Quare in cap. XXIII eadem illa de haeretica librorum sacrorum interpretatione referuntur.

---

1) Ne quid hoc loco excidisse putes, moneo verba ita ut supra scripta sunt, legi in codicibus vetustissimis Palatino et Parisino. Contra alio loco (57 A), ubi in editionibus lacunam exstare suspicio est, quae desiderantur praebent verba. Addenda sunt post verbum σχίζεται verba πλῆθος, καὶ οἱ μὲν τὸν Ζαχαρίαν ἑταιρίζονται et post verbum ἐπεφήμιζον verba στάσεως δὲ πολλῆς μεταξὺ τούτων ἀναρραγείσης.

2) histor. eccl. I 22 p. 125 Hussey.

3) ed. Chr. H. Beeson Die griech.-christl. Schriftsteller der ersten drei Jahrhunderte XVI p. 91.

4) Duodecim Maneti discipuli tribuuntur praeterea ab Augustino de haeres. 46 et Abulpharagio, cuius verba germanice reddidit Kessler Mani. 1889. p. 356.

5) hist. eccl. I 22, 8 p. 126 Hussey.

Photius hac de re in capite tertio e Georgio Monacho, ut postea apparebit, sumpto verba fecerat. Tamen cum apud Petrum Siculum illa hoc loco invenisset, et ipse rem denuo tractavit Socratis mentione omissa. Addidit Photius haec iis, quae de Archelao e Petri Siculi libro descripsit neglecta tota Archelai cum Manete disputatione, quam Petrus Siculus Cyrillum secutus uberius narrat. Sub finem capitis Photius, cum de librorum sacrorum apud Manichaeos usu verba fecisset, quos libros Pauliciani quoque susciperent enumeravit, in quibus ea quae antea[1]) exposuerat repetivit.

III De Epiphanio. Vidimus Petrum Siculum Cyrilli narrationem ad verbum descripsisse. Neque aliter egit in cap. XX, in quo Epiphanii librum de mensuris et ponderibus[2]) secutus est[3]). Atque cum plura narret quam Epiphanius, eius quoque verba aliunde auxisse videtur. Nam cum apud Epiphanium legamus Manetem primum cum Archelao, deinde cum Tryphone disputasse, Petrus Siculus et Photius tradunt, eum tum iterum ab Archelao disputatione victum esse. Sed Epiphanii librum non integrum ad nos pervenisse Syriaca ostendit translatio. In qua illa ipsa, quae in Epiphanii codicibus graecis desunt, maximam saltem partem leguntur. Quod hac illustretur tabula:

Epiph. ed. Lag. p. 173, 40.	PS 104, 1272 C.	P 102, 44 B.
ἐν τῷ ἐννάτῳ οὖν ἔτει τῆς τούτων βασιλείας ἀνέβη Μάνης ἀπὸ τῆς Περσίδος,	ἐν τῷ ἐννάτῳ ἔτει τῆς βασιλείας Οὐαλεριανοῦ καὶ Γαλλιηνοῦ τῶν βασιλέων Ῥώμης ἀνέβη Μάνης ἀπὸ Περσίδος, τῆς φυλακῆς ἐκφυγὼν διὰ τὸ θανατῶ-	ὁ μὲν οὖν Μάνης οὗτος ὁ τῆς τηλικαύτης ἀποστασίας ἐξάρχων ἔτει τῆς βασιλείας ἐννάτῳ Οὐαλεριανοῦ καὶ Γαλλιηνοῦ, οἳ Ῥώμης εἶχον τὸ βασίλειον κράτος,

1) Patr. gr. 102, 28.

2) ed. Lagarde, Symmicta II. Gottingae 1880.

3) Quod primum vidit Gieseler in editione p. 27. cf. p. XIV adn. 2.

Epiph.

ὅτε καὶ πρὸς Ἀρχέλαον τὸν ἐπίσκοπον Κασχάρων τῆς Μεσοποταμίας συζήτησας καὶ τὸ ἧττον ἀπενεγκάμενος λεληθότως ἀπέδρα· καὶ ἐλθὼν εἰς Διωρίδα, κώμην τῆς Κασχάρων περιοικίδος, καὶ συζητήσας Τρύφωνί τινι ἁγίῳ πρεσβυτέρῳ τελείως ὑπ' αὐτοῦ κατῃσχύνθη.

transl. syriaca: Denn als der heil. Archelaos gehört hatte, dass er zum Tryphon gekommen war und mit ihm eine Unterredung angestellt hatte, ging er und traf ihn und ordnete gegen ihn, Manes, eine Disputation an und nachdem er ihn vollkommen besiegt hatte, beschämte er ihn.

δι' ὃ καὶ ἔμελλε λίθοις ὑπὸ τῶν λαῶν θανατοῦσθαι· λυτρωθεὶς δὲ ὑπὸ τοῦ ἐπι-

PS.

σαι τὸν υἱὸν τοῦ βασιλέως Περσῶν,

ὅτε καὶ πρὸς Ἀρχέλαον τὸν ἐπίσκοπον Καρχάρων τῆς Μεσοποταμίας συζητήσας ⟨καὶ⟩ τὸ ἧττον ἀπενεγκάμενος λεληθότως ἀπέδρα. καὶ εἰσελθὼν εἰς Διωρίδα, κώμην τῆς Καρχάρων περιοικίδος, καὶ συζητήσας Τρύφωνί τινι τῷ ἁγιωτάτῳ πρεσβυτέρῳ τελείως παρ' αὐτοῦ κατῃσχύνθη. *ἀκούσας δὲ Ἀρχέλαος, ὅτι οὗτος ἐκεῖνος ἔφθασε πρὸς Τρύφωνα καὶ διάλεξιν πρὸς αὐτὸν ποιεῖται, ἐπικαταλαμβάνει δρομαίως καὶ αὐτός· καὶ πρὸς τὸν Μάνην συζήτησιν αὖθις ποιήσας, τελείως αὐτὸν κατῄσχυνε.*

καὶ ἔμελλεν εὐθὺς [1]) ὑπὸ τοῦ λαοῦ θανατοῦσθαι· λυτρωθεὶς ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου

P.

τὴν ἐν Πέρσαις φυλακὴν διαφυγών (οὐδὲν γὰρ κωλύει διελθεῖν, ἃ τῆς ἱστορίας ὁ δρόμος παρῆλθεν ἄνωθεν) καὶ κατὰ Μεσοποταμίαν γεγονὼς ὑπὸ τοῦ θεσπεσίου Ἀρχελάου (Καρχάρων δὲ τῆς αὐτῆς χώρας οὗτος ὁ ἱερὸς ἀνὴρ ἔφορος ἦν) πολλοὺς μὲν καὶ μεγάλους ἐλέγχους τῆς δυσσεβείας ἀπητήθη. ἐκεῖθεν δὲ διὰ τὴν ἀδόκητον αἰσχύνην ἀποδρὰς εἰς Διωρίδα Καρχάρων κώμην ἀποδύεται· ἐν ταύτῃ δὲ Τρύφωνί τινι σπουδαίῳ, ἱερῷ μὲν ἀνδρί, τὸν δὲ τοῦ πρεσβυτέρου διέποντι βαθμόν, ἐντυχὼν τὰ ἴσα ὑπέστη. πλὴν ἀλλὰ καὶ αὐτός γε ὁ Ἀρχέλαος τὴν ἐκεῖσε παρείσδυσιν τοῦ πλάνου μαθὼν (ὀξὺς γὰρ ἦν καὶ θερμὸς τὸν εὐσεβῆ ζῆλον) καταλαμβάνει τὸ χωρίον καὶ πολλῆς ἐμπλήσας τὸν πλάνον ἀμηχα-

1). scribendum est λίθοις sicut est apud Epiphanium.

Epiph.	PS.	P.
σκόπου Ἀρχελάου καὶ ἀνακάμψας εἰς τὴν Περσίδα κελεύσει τοῦ Περσῶν βασιλέως καλάμῳ ἐξεδάρη· καὶ οὕτως τὸ τέλος τοῦ βίου κατέστρεψε.	Ἀρχελάου ἀνέκαμψεν εἰς τὴν Περσίδα· ἀκούσας δὲ ὁ βασιλεὺς Περσῶν, ἐκέλευσεν ὡς θύλακον αὐτὸν ἐκδαρῆναι· καὶ οὕτως τὸ τέλος τοῦ βίου αὐτοῦ ὁ Μάνης κατέστρεψεν.	νίας καὶ ἣν ἔφευγεν αἰσχύνης, οἷς αὐτοῦ τὰ μυσαρὰ τῶν δογμάτων ἀνέτρεπέ τε καὶ ἀνεσκεύαζε καὶ προυτίθει πᾶσι γέλωτά τε καὶ βδέλυγμα, παρασκευάζει πάλιν φυγάδα γενέσθαι, καθ' ἣν, ὡς καὶ προέφημεν, ὑπὸ τῶν ἀνερευνώντων αὐτὸν καὶ ζητούντων ἁλοὺς τῷ βασιλεῖ τῶν Περσῶν ἀπέτισε τὴν πικρὰν ἐκείνην δίκην.

Manifestum est Petrum Siculum talem Epiphanii codicem habuisse, qualem qui Syriacam confecit translationem. Quare praesertim cum Petrum reliqua omnia fere ad verbum descripserit, ex eius narratione Epiphanii verba supplenda sunt. Verba ἀκούσας δὲ Ἀρχέλαος usque ad κατῄσχυνε integra in Epiphanii librum recipienda sunt, quae ut in Epiphanii codicibus exciderent facile fieri potuit, cum in idem verbum desinant atque ea quae antecedunt. Praeterea sub finem quoque verba aliter conformata legit Petrus, cum propius iterum accedat ad translationem Syriacam, quae haec praebet 'hörte der König der Perser seine Anwesenheit', quae congruunt cum Petri verbis ἀκούσας δὲ ὁ βασιλεὺς Περσῶν. Neque tamen haec ut priora illa in Epiphanii verba inseri possunt. Nam Petrum hoc loco auctoris verba mutasse inde cognoscitur, quod in narrando supplicio non Epiphanium, quocum Syriaca congruit translatio, sed ipsius narrationem e Cyrillo haustam secutus est. Idem de verbis male inter se coniunctis τῆς φυλακῆς ἐκφυγών e. q. s. valet, quae ut rem accuratius explicaret addidit, narrationem priorem recordatus.

Cum Photius item haec additamenta exhibeat, eum Petri Siculi librum adhibuisse patet. Plane idem igitur in hoc capite invenimus atque in parte priore. Petrus Siculus plurima descripsit ex uno auctore, nonnulla addidit, Photius haec omnia suo genere dicendi narravit.

Iam quae adhuc evicimus comprehendamus. Petrus Siculus in enarrandis Manetis rebus auctoribus usus est Cyrillo Socrate Epiphanio. Photius Petri Siculi narrationem ex his libris et formula illa conflatam adhibuit et in suum dicendi genus transposuit. Nec tamen Petri Siculi ullo loco mentionem facit. Commemorat autem Cyrillum Socratem Epiphanium. Quod fit in capite undecimo, quo eos qui Manichaeos impugnaverunt enumerat. Quo capite accuratius inspecto certe miraberis ex tot scriptoribus, qui contra Manichaeos scripserunt, non plus septem nomina afferri. Nominantur primum Cyrillus et Epiphanius et scriptores historiarum ecclesiasticarum non pauci, quae verba Socratem indicant. Primo igitur loco illi commemorantur, quos apud Petrum, quem sequitur, invenit. Neque addidit nisi pauca nomina quae forte memoria tenebat: Titum Bostrenum, Serapionem Thmuitanum, Alexandrum Lycopolitanum, quorum opera certe ipse novit, cum magni momenti essent omnibus, qui Manichaeorum placita redarguebant. Quare Brinkmann[1]) et inde, quod hoc loco a Photio nominantur, et aliis ex argumentis collegit ut Alexandri ita Titi et Serapionis libros in illo codice receptos fuisse, in quo Basilii imperatoris in usum libri antimanichaei congesti sunt. Ultimi quem addit Photius Heracliani opus ipse in bibliotheca[2]) accuratius tractavit.

---

1) Alex. Lyc. praef. p. XXX sq.
2) cod. LXXXV.

Caput quintum.

De Georgio Monacho Petri Siculi Photiique auctore.

Praeter Cyrillum Socratem Epiphanium, de quibus dictum est, manibus tenemus alium librum, quo quae continentur in Petri Photiique historiis recepta sunt, ita tamen, ut auctoris nomen reticeatur. Brevem dico rerum et opinionum Paulicianorum enarrationem, quae exstat in Georgii Monachi chronico. Priusquam autem Georgii et Petri Photiique narrationes inter se comparare possumus, dicendum est de duobus similibus libellis. Friedrich enim fragmentum quoddam, quod e codice Scorialensi I Φ 1 edidit[1]), exemplum fuisse putavit et Georgii Monachi et alius libelli, cui Petri Hegumeni nomen inscriptum est[2]). Hic ad verbum fere cum Georgii enarratione congruit, cum fragmentum Scorialense multo plura praebeat quam ceteri duo.

Sed de Boor hanc coniecturam ratione, quae inter Georgi Monachi codices intercederet, accuratius exquisita refellit[3]). Neque enim in omnibus Georgii codicibus res gestae Paulicianorum eodem modo narrantur, sed in codice Coisliniano CCCV (P) fusius traduntur quam in ceteris codicibus. Quam difficultatem de Boor ita explicavit: Georgius Monachus ad describendas res gestas Paulicianorum brevi historia eorum exemplo usus est. Quae cum ei nimis sine ira et studio conscripta esse videretur, eam mutavit Paulicianisque infestiorem reddidit. Hanc narrationem mutatam legimus in codice P. Postea autem Georgius hac neglecta exemplum illud integrum in librum suum recepit servato quo ille usus erat genere dicendi temperato. In codice Scorialensi brevis illa historia item aucta est additamentis. Quae cum nullo loco cum codicis P additamentis congruant, Georgio Scorialensia additamenta tribuenda non sunt. Sed clericus quidam, qui historiam Paulicianorum legit, in codice Scorialensi theologica quaedam de suo addidit haereticorum impugnandorum causa.

---

1) Sitz.-Ber. d. bayr. Akad. philos.-philol. u. hist. Klasse 1896, p. 67 sqq. 2) ed. Gieseler. Progr. Gott. 1849.

3) Byzant. Zeitschrift VII 40 sqq.

Quae inseruerit addideritque, facile agnosces, cum abundent detestationibus haereticorum. Praeterea interpolator operam dedit, ut Petrum apostolum a Paulicianorum opprobriis defenderet, et Paulicianis diabolum esse δημιουργὸν τοῦ κόσμου contendit.

Difficilior disceptatu est altera quaestio, quae est de Petro Hegumeno, cum paucis verbis exceptis plane inter se congruant Georgius et Petrus Heg. Nam tres locos[1]), quibus parvulum inter se differunt, missos facere possumus, cum Petri lectiones librariorum erroribus tribuendas esse pateat, velut pro ἀλληγορίᾳ p. 723, 7 de B. (ἐν τῇ ἀλληγορίᾳ αὐτῶν λέγοντες) exhibet Petrus Heg. XI 1 ὀλιγωρίᾳ. Idemque de Boor[2]) et Friedrich[3]) iudicaverunt. Eodem modo explicandum est, quod cum apud Georgium de Zacharia Paulicianorum duce scriptum videamus καὶ μετὰ τοῦτον Ζαχαρίαν e. q. s., Petrus Heg. hunc hominem omnino non commemorat. Sed cum Josephum qui antecedit quartum, Baanem qui sequitur sextum Paulicianorum appellet ducem, apertum est Zachariae nomen librarii cuiusdam errore excidisse. Contra uno loco Petrus Heg. plura videtur habere quam Georgius. Nam apud Petrum Heg. XIII 1 legitur: ταῦτα πάντα καὶ πλείω τούτων ὅτε φωραθῶσιν ἢ περιστατηθῶσιν . . ., verba autem ἢ περιστατηθῶσιν in omnibus Georgii (p. 723, 11) codicibus desunt praeter P, de cuius indole supra dictum est[4]). Quae verba cum post vocem eiusdem terminationis φωραθῶσιν facillime a librariis omitti potuerint, dubium non est, quin Georgii chronico reddenda sint. Habemus igitur duas narrationes plane inter se congruentes. Neque vero satis intellegi potest, qua quis de causa post Georgii Monachi librum editum partem eius descripserit suumque imposuerit nomen[5]). Immo multo veri similius est, hanc Petri Heg. narrationem Georgio pro exemplo fuisse, quam integram in chronicum inseruit ita, ut facile eam eximere possis[6]).

---

1) GM 719, 1 — PH ed. Gies. II 1; 722, 19 — VIII 4; 723, 7 — XI 1.

2) Byz. Zschr. VII 40 sqq. 3) l. s. c p. 84.

4) cf. de Boor in praef. editionis p. LXII.

5) cf. Ter-Mkrttschian l. s. c. p. 2.

6) Notandum est codicem Parisinum, ex quo Gieseler Petri Heg. libellum edidit, exaratum esse saec. XI; cf. Omont p. 158.

Sed quoquo modo res se habet, quoniam Petri Heg. et Georgii Monachi de Paulicianis narrationes ad verbum inter se conspirant, ad quaestionem nobis propositam nullius ea est momenti. Liceat igitur interim cum Georgio agere, cuius accurata praesto est editio de Boorii.

Revertamur igitur ad Petrum Siculum Photiumque. Petrus Siculus in cap. X, Photius inde a cap. II Georgii chronico exemplo usi sunt. Nec tamen in his quoque capitibus eandem rationem invenimus, quae erat inter Cyrillum Epiphaniumque et Petrum Siculum Photiumque. Sed hic Petrus Siculus, illic Photius artius cum Georgio cohaerent. Nam ut Photius non Georgium ipsum sed Petri Siculi solam narrationem habuerit, vel eo fieri non potest, quod in capp. II—V Georgium ad verbum descripsit, cum Petrus Siculus eadem alio loco breviusque narret. Neque in Photii capp. VI—X, quibus Petri Siculi respondet caput decimum, desunt loci, quibus Photius Georgii Monachi verba servaverit Petro Siculo alia aut nulla praebente, sicut in eis quae de appellatione catholicae ecclesiae, de baptismate, de presbyteris dicuntur. Nam Photius, quae de placitis Paulicianorum Georgius explicat, integra repetivit, cum Petrus ea magna parte omissa in sex illa capita redegit, quae supra[2]) commemoravimus. Sunt rursus loci, quibus Petrus Siculus et Photius inter se congruant, cum apud Georgium Monachum quae respondeant desint. Sunt denique nonnulla, quae vel apud Photium vel apud Petrum Siculum sola exstent. De quibus primo loco agamus.

Petrus Siculus haec solus praebet:

I. Verbis 1253 B τὸ δύο ἀρχὰς ὁμολογεῖν addit πονηρὸν θεὸν καὶ ἀγαθόν.

II. 1256 A τὸ τὴν θεοτόκον μηδὲ κἂν ἐν ψιλῇ τῶν ἀγαθῶν ἀνθρώπων τάττειν ἀπεχθῶς ἀπαριθμήσει.

III. 1256 B . . ὃν (i. e. τὸν σταυρόν) καὶ οἱ δαίμονες ἐν ἀέρι καὶ μόνον χαραττόμενον βλέποντες τρόμῳ δραπετεύουσι σὺν τῷ ἀρχηγῷ αὐτῶν τῷ διαβόλῳ.

IV. 1256 C epistulas Sergii commemorat.

V. 1256 C monet se ipsum apud Paulicianos fuisse.

---

1) ed. de Boor II p. 718, 9—725, 11. 2) p. 16.

Ex quibus tertium et quintum ipsum Petrum Siculum adiecisse apertum est. Primum inde ortum est, quod scriptores ecclesiastici omnes haereticos, quibus duorum principiorum doctrinam tribuebant, a Manichaeorum secta pendere rati, horum deos bonum et malum ad illos quoque contulerunt. De Sergii epistulis infra mihi agendum erit. Alterius loci ἀγαθοὺς ἀνθρώπους eosdem esse ac perfectos illos Bogomilorum[1]) opinatus Friedrich[2]) Petrum hoc loco ad illam sectam spectare putavit. Eadem ratione interpretatus est ea, quae in extrema Petri historia Manichaeorum exstant verba, quibus promittit περὶ δέ τινων παρ' αὐτοῖς τῶν τελεωτέρων αἱρέσεων ἐν τοῖς . . . . ὑμῖν δηλωθήσεται. Sed graviter erravit Friedrich. Nam hoc loco nihil aliud significat scriptor nisi se tractaturum esse dogmatum differentias graviores. Verba autem de Maria dicta conferas cum simili Georgii Monachi loco, quo de prophetis virisque sanctis a Paulicianis non probatis loquitur: . . . . ἀποστρέφονται, ἐξ αὐτῶν μηδένα τινὰ ἐν μέρει τῶν σωζομένων εἶναι λέγοντες[3]). Multum igitur abest, ut Petrus Siculus Bogomilos spectaverit.

Pari modo quae Photius solus exhibet unde sumpserit facile explicatur.

a) 20 AB fusius quomodo Pauliciani libris sacris falsa interpretatione abutantur describit, in quibus ipse Georgii Monachi verba amplificat.

b) 20 B quod Constantini librorum sacrorum interpretationem cum Valentini interpretatione comparat et

c) 21 C nomina, quae ecclesiis suis Pauliciani dederant, a Pauli apostoli ecclesiis repetita esse cognovit, id facile qua erat litterarum scientia fieri poterat.

d) Quae de Paulicianis in duas partes Sergii et Baanis divisis refert, ex ea, quam postea exscripsit historiam Paulicianorum, eum huc transtulisse ex verbis iteratis cognosci potest:

---

1) cf. Jireček Geschichte der Bulgaren. Pragae 1876. p. 181.
2) p. 87 adn. 2.
3) p. 723, 5 sq.

102, 21 B.

οὐδὲ τοὺς εἰρημένους πάντας ὁμοίως περιέπουσιν, ἀλλὰ τοὺς μὲν μέχρι Βαάνους καὶ Σεργίου καταγομένους ἐξ ἴσου θειάζουσιν. ἐκεῖθεν δὲ ῥαγέντες εἰς ἀντιπάλους δύο μερίδας οἱ μὲν τὸν Βαάνην, οἱ δὲ θεοποιοῦσι τὸν Σέργιον, ἐπὶ τοσοῦτον τὴν κατ' ἀλλήλων ἔριν καὶ στάσιν κρατύνοντες, ὡς καὶ μέχρι σφαγῆς αὐτοῖς προχωρεῖν τὸ φιλόνεικον.

102, 76 B.

καὶ ἦν μὲν αὐτοῖς ἡ ἔρις καὶ στάσις καθ' ἡμέραν αὐξομένη τε καὶ κραταιουμένη καὶ τὰς μιαρὰς μερίδας εἰς ἄσπονδον ἔχθραν καθεστῶσα. . . . . . ἐπὶ τοσοῦτον οἱ τούτου (Σεργίου) μαθηταὶ εἰς τὴν πρὸς τοὺς Βαανίτας ἀνερράγησαν μάχην, ὡς οὐκ ἔτι λόγοις καὶ λοιδορίαις ἀλλὰ καὶ χερσὶ καὶ ξίφεσι κρίνεσθαι τὴν ἔριν καὶ πολὺν φόνον τῶν Βαανιτῶν ῥυῆναι.

e) 17 B esse qui nomen Paulicianorum ex Pauloioannorum derivent quod dicitur, alibi non legimus. Talia Photium, quem arti etymologicae multam operam navasse lexico et bibliotheca probetur, curasse consentaneum est, nisi forte ipse hoc veriloquium excogitavit.

f) 28 A (Πέτρον δυσφημοῦσιν) ὅτι γέγονεν ἔξαρνός φασι τῆς εἰς τὸν διδάσκαλον καὶ Χριστὸν πίστεως. Addit Photius Manetem ipsum disertis verbis discipulos suos adhortatum esse, ut se negarent, nec se cuiquam ideo suscensurum esse promisisse. Haec quae Georgius Monachus paulo post narrat, Photius huc transtulit, ut opprobrium contra Petrum apostolum ab iis iactum in ipsos retorqueat. Sed unde hoc sumpsit opprobrium? Cum neque apud Georgium neque apud Petrum Siculum exstet, nescio an ipse Photius hoc sibi finxerit vel potius hoc, quod certe saepissime Petro vitio datum est, opprobrium Paulicianis quoque imputaverit, ut hoc modo praeclaram nancisceretur occasionem haereticorum reiciendorum. Quod si tibi non satis placet, altera nec tamen certiore utaris explicatione. In iis enim, quae in codice Scorialensi Georgii Monachi verbis adduntur, Petrus apostolus item ἀρνητής appellatur et ἀποτρόπαιος [1]), qua voce Photius [2]) quoque usus est. Inde Friedrich effici

1) ed. Friedrich p. 72 X v. 4 et p. 78 v. 3.
2) 28 B.

putavit[1]) fragmentum Scorialense Photio innotuisse. Sed cum his duobus vocabulis exceptis nihil eorum, quae illic adiciuntur, apud Photium exstent, ne hanc coniecturam pluris pendas cavendum est. Immo putaverit quis in Georgii Monachi exemplo aliquo tale quid fuisse, quod et Photium et fragmenti Scorialensis scriptorem ut de Petri abnegatione verba facerent admoneret. Sed cum apud Petrum Siculum nihil legamus simile, haec coniectura multo magis dubia est.

g) 25 A τινὲς δὲ τοῦ μὲν οὐρανοῦ τὴν ἐπιστασίαν αὐτῷ (i. e. τῷ θεῷ) ἐγχειρίζουσι, τῶν δὲ ἐμπεριεχομένων οὐκέτι.

h) 25 C Christum ipsum crucem vocant, καὶ γὰρ αὐτός φασιν εἰς σταυροῦ σχῆμα τὰς χεῖρας ἐξήπλωσε.

i) 29 B ad ea quae de Paulicianorum liberis orthodoxo ritu baptizatis e Georgio Monacho descripsit, addit: λυσιτελεῖν τῷ σώματι τόν τε σταυρὸν καὶ τὸ βάπτισμα οἱ πάσης ὠφελείας λογοποιοῦντες ἀνάξιοι· μὴ μέντοιγε διαβαίνειν τὴν τούτων ἐνέργειαν εἰς ψυχῆς κάθαρσιν ἤ τινα ἄλλην ταύτης ὠφέλειαν.

Hoc extremo loco certe Photius Georgii verba amplificavit tantum. Reliqua duo cum eis, quae Petrus Siculus et Photius inter se consentientes plura quam Georgius Monachus exhibent, coniungamus. Huius generis haec sunt:

1) PS 1256 A	P 25 B	GM
ἀλλ' οὐρανόθεν (τὸν Χριστὸν) τὸ σῶμα κατενεγκεῖν· καὶ ὅτι μετὰ τὸν τοῦ Κυρίου τόκον καὶ ἄλλους φησὶν υἱοὺς ἐγέννησεν ἐκ τοῦ Ἰωσήφ.	ἔσθ' ὅτε δὲ συνελαυνόμενοι διομολογεῖν ἐκ τῆς παρθένου προελθεῖν τὸν Χριστὸν, ἐπειδὰν ὅλως συναναγκασθῶσιν, ἄνωθεν μὲν τὸ σῶμα συγκατενεγκεῖν αὐτὸν τερατολογοῦσιν, δι' αὐτῆς δὲ ὡς διὰ σωλῆνος διεληλυθέναι, καὶ ταύτην τὴν ἄσπιλον καὶ καθαρὰν παρθένον μετὰ τὸν σωτήριον τόκον ἑτέρους υἱοὺς ἐκ τοῦ Ἰωσὴφ παιδοποιῆσαι.	deest.

In quibus Photium comparationem σωλῆνος adiecisse vides.

1) l. s. c. p. 85 sq.

2) Prophetas abiciunt

PS 1256 B	P 28 A	GM
πλάνους καὶ ληστὰς τοὺς προφήτας ἀποκαλοῦντες.	ληστὰς αὐτοὺς καὶ κλέπτας ἀποκαλοῦντες.	deest.

3) Uterque narrat Paulicianos revera ideo Petrum abnuere, quod haeresem eorum praedixerit; reicere eos epistulas quoque Petri; enumerant quos Pauliciani agnoscunt Novi Testamenti libros. Photius solus tradit de Actis apostolorum Paulicianos inter se dissensisse.

4) PS 1257 A	P 29 C	GM 724, 7
τοὺς πρεσβυτέρους τῆς ἐκκλησίας (ἀποτρέπονται). φησὶ δὲ ὅτι οἱ πρεσβύτεροι κατὰ τοῦ Κυρίου συνήχθησαν . . .	οὐδὲ τοὺς τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας πρεσβυτέρους οὐδὲ τοὺς λοιποὺς ἱερεῖς ἀποδέχονται, διότι φασὶ τὸ κατὰ Χριστοῦ συνέδριον, οἱ ἱερεῖς καὶ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ συνεστήσαντο.	ὁμοίως μέντοι καὶ τοὺς πρεσβυτέρους καὶ τοὺς λοιποὺς ἱερεῖς τοὺς παρ' ἡμῖν ἀποβάλλονται.

Omnia haec ad placita non tam Paulicianorum quam veterum Manichaeorum spectant. Et Petrus Siculus ipse cum in altero sermone[1]) de Christo e virgine nato agens eadem proferat, quae supra (1) attulimus et ne similitudinem quidem σωλῆνος omittat, addit ἀρχαίαν καὶ ταύτην ὑπάρχουσαν αἵρεσιν. Cuius rei alia quoque argumenta afferri possunt. Nam iam Theodoretus in epistula ad monachos Cpolitanos missa scripsit[2]): (Manichaei) δέχονται μὲν τῆς παρθένου τὴν κύησιν καὶ τὸν τόκον· οὐδὲν δὲ τὸν θεὸν λόγον ἐκ τῆς παρθένου προσειληφέναι φασίν, ἀλλὰ πάροδόν τινα δι' αὐτῆς ὥσπερ διὰ σωλῆνος ποιήσασθαι. Idem traditur in Athanasii libro c. haereses[3]) et Timothei libro de recipiendis haereticis[4]). Pari modo ea, quae de caelo attulimus (g), notissimam illam veterum Manichaeorum spectant doctrinam, qua solem lunam sidera ex pura boni

1) 104, 1333 CD. 2) Patr. gr. 83, 1380 B.
3) Patr. gr. 28, 516 B. 4) Patr. gr. 86, 17 B.

materia consistere et animis a malo liberandis servire docebant[1]). Atque cum Photius pluribus libris contra Manichaeorum opiniones pugnaverit, Petrus Siculus sex sermonibus eorum placita redarguerit, non mirum quod talia de suo addiderint. Quae de cruce dixit Photius, in posteriorum quoque Paulicianorum traduntur historia[2]). Sed quaeritur, utrum uterque haec sua sponte addiderit, an alter etiam in his additamentis pendeat ab altero. Certe autem quae de Petro apostolo narrant (3) ab uno excogitata sunt. Nam cum absona sint, etiam magis esset absonum, siquis duos homines simul sibi talia finxisse praedicaret. Photium autem in additamentis quoque auctorem quendam secutum esse, etiam inde fit probabile, quod aliquot ex his additamentis in fine capitulorum exstant ita, ut re vera postea addita esse videantur, cf. d) e) g) I) III). Atque cum eum illa de discordia Sergii et Baanis dicta ex ipsius narrationis posteriore parte addidisse constet, magnam sibi arrogat probabilitatem coniectura, eum primo satis habuisse Georgium Monachum describere, postea autem toto opere confecto ex suo vel Petri Siculi libro, quem inde a cap. XII secutus est, haec additamenta adiecisse.

Caput sextum.

De historia Paulicianorum.

Extrema pars libri Petri Siculi longior est recentiorum Paulicianorum historia.

Petrus, qui in prima libri parte rebus gestis Paulicianorum neglectis dogmata tantum enarraverat, huc transtulit Georgii Monachi narrationem, id quod verbis iuxta positis facile cognosces:

PS 104, 1273 A	GM 718, 13
.... γυνὴ γάρ τις ἐκ τοῦ Σαμωσάτου Καλλινίκη τοὔνομα δύο υἱοὺς ἔσχε, Παῦλον καὶ Ἰωάννην· τούτους οὖν τοὺς δύο	.... υἱοῦ γυναικὸς Μανιχαίας, Καλλινίκης τοὔνομα, ἥτις δύο υἱοὺς ἔσχεν, τοῦτον τὸν Παῦλον καὶ Ἰωάννην. τούτους οὖν τὴν

1) cf. Beausobre II p. 500 sqq. 512 sqq. et Ficker Zschr. f. Kirchengesch. 27, 458 sq. 2) 102, 53 C. 104, 1284 B.

PS 104, 1273 A.	GM 718, 13.
ὄφεις ἡ αὐτῶν γεννήτρια ἔχιδνα ἐκθρέψασα καὶ τὴν παμμίαρον διδάξασα αἵρεσιν, κήρυκας τῆς πλάνης ἀπέστειλεν ἐκ τῆς Σαμωσάτου. οἱ δὲ καταλαβόντες τὴν ἐνορίαν Φαναροίας ἦλθον εἴς τινα κώμην καὶ . . . ἐκεῖσε τὸν ἰὸν τῆς πονηρίας καὶ τὸ πικρὸν ζιζάνιον τοῦ ἐχθροῦ ἐνέσπειραν. διὸ καὶ μέχρι τῆς σήμερον ἡ μὲν κώμη Ἐπίσπαρις μετωνομάσθη, ἡ δὲ αἵρεσις κατὰ τὴν τῶν κηρυξάντων ὀνομασίαν· καὶ γὰρ ἐκ τότε ἐκ Μανιχαίων ἐπεκλήθησαν Παυλικιάνοι.	Μανιχαϊκὴν αἵρεσιν διδάξασα ἐκ τοῦ Σαμωσάτου εἰς Ἀρμενιάκους κήρυκας τῆς αἱρέσεως αὐτῶν ἀπέστειλεν, οἵτινες ἐλθόντες εἰς κώμην τινὰ τῆς Φαναροίας ἐκεῖσε τὴν ἑαυτῶν αἵρεσιν ἐνέσπειραν. ἐκ τότε οὖν ἡ μὲν κώμη μετωνομάσθη Ἐπίσπαρις, οἱ δὲ μαθηταὶ αὐτῶν Παυλικιάνοι ἐκλήθησαν.

Photius autem cum antea (17 A—21 C) iam haec tradidisset, hoc loco rem tetigit tantum. Eum tamen Petri narrationem ante oculos habuisse ostendunt verba:

PS 104, 1273 A	P 102, 45 A
τούτους οὖν τοὺς δύο ὄφεις ἡ αὐτῶν γεννήτρια ἔχιδνα ἐκθρέψασα . . .	Παῦλον καὶ Ἰωάννην γεννήματα ἐχιδνῶν . . . . ἀπέτεκε.

Simul ipsius narrationis prioris recordatus est:

P 102, 17 A	P 102, 45 A
Καλλινίκη τῆς τοιαύτης αἱρέσεως ὅλον ἐν ἑαυτῇ συλλαβοῦσα τὸν βόρβορον	ἡ κακὴ Καλλινίκη τοῦ βορβόρου πλησθεῖσα . . .

Cum inter Pauli Ioannisque, Callinicae filiorum, et posteriorum Paulicianorum ducum tempora magnum pateat spatium, uterque scriptor pauca de suo addidit, ut hunc hiatum expleret.

Cum Photius multis imperatoribus cum Paulicianis rem fuisse dicat, Petrus occasione oblata imperatores nimiis ornat blanditiis. Contendit enim rerum gestarum fide neglecta ad id tempus Paulicianorum sectam neque apparuisse neque

impugnari potuisse, tum autem, cum ταῖς ἀγρύπνοις προσευχαῖς καὶ ἀκοιμήτοις μερίμναις καὶ θεοδέκτοις ἐγρηγόρσεσι καὶ τῇ ἐπιστημονικῇ ποιμάνσει τῶν εἰρηνοποιῶν καὶ ὀρθοδόξων μεγάλων βασιλέων ἡμῶν[1]) apparuisset, bellum eis inferri potuisse.

Iam de ipsa historia recentiorum Paulicianorum fusius narrata, quam saepius commemoravimus, agamus. Quae pars quaestionis eo fit difficilior, quod Petri Siculi et Photii tantum habemus narrationes. Nec tamen dubium esse potest, quin Petrus non ipse vel fama vel hominum sermonibus nisus hanc historiam composuerit; sed certe tota narratio ab historia quadam litteris mandata repetenda est. Quae suspicio confirmatur, cum accuratius genus vel potius genera dicendi perlustres, quibus Petrus Siculus in hac parte usus est. Neque enim quae Petrus profert omnia eiusdem farinae sunt. Aliis locis temperato placidoque usus est sermone, aliis haereticorum detestationibus abundat. Illis Georgii Monachi sermonis persimilis est oratio, his in mentem venit codicis P illius Georgii Monachi, in quo narratio simplex maledictis in haereticos coniectis inquinata est. Nec dubium esse potest, utrum dicendi genus Petro Siculo proprium fuerit. Nam Petrus Siculus ut erat clericus orthodoxus nonnunquam facere non potuit, quin quanta moveretur ira in describendis factis dictisque haereticiorum ostenderet. Cuius rei exemplum afferam ex eis, quae e Georgii Monachi libro descripsit:

GM p. 721, 16	PS 104, 1253 C
καλοῦσι δὲ ἑαυτοὺς μὲν Χριστιανούς, ἡμᾶς δὲ Ῥωμαίους.	ἑαυτοὺς [οἱ ἄσπονδοι καὶ ἄχρηστοι καὶ ἄπιστοι καὶ ἀχάριστοι καὶ ἀφιλάγαθοι] Χριστιανοὺς ἀποκαλοῦντες· ἡμᾶς δὲ [τοὺς ἀληθῶς ἐπωνύμους Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ θεοῦ ἡμῶν] Ῥωμαίους [ὀνομάζοντες τῷ ἐθνικῷ ὀνόματι τὸ κύριον ἀμεῖψαι πειρώμενοι· ᾧτινι μᾶλλον ἡμεῖς οἱ ἀψευδεῖς Χριστιανοὶ σεμνυνόμεθα ἢ χιλιάδων καὶ μυριάδων χρυσίου καὶ ἀργυρίου καὶ λίθων τιμίων τῶν ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ ὑπαρχόντων εἰ ἦν ἕκαστος ἡμῶν κύριος].

1) 104, 1276 A. cf. 1273 B.

Congruit praeterea hoc genus dicendi cum eorum locorum oratione, quos Petrus ipse confecit, quam ad illustrandam nonnulla praefationis verba exhibeam: 1252 CD ἡ δὲ ἐσκοτισμένη καὶ βορβορώδης καὶ στασιώδης καὶ παμμίαρος καὶ αἰσχρουργὸς τῶν Μανιχαίων αἵρεσις ὑπὸ πάντων ἐθνῶν διωκομένη διὰ τὸ ἀνίατον αὐτὴν ὑπάρχειν καὶ πάσης βδελυρίας ἀνάμεστον καὶ σιγῇ βαθείᾳ παρ' αὐτῶν τιμωμένη καὶ σεβομένη, quae, etsi forsitan dubitaveris, an iure praefationis et historiae ipsius orationes comparentur, tam bene cum verbis supra allatis congruunt, ut hoc esse genus dicendi Petro proprium manifestum sit.

Sed etiam maioris momenti ad confirmandam illam de Petri Siculi auctore coniecturam est, quod historiam Petri e duabus partibus consutam esse patet. Nam narrationi rerum a Paulicianis gestarum intrusa est pars plane alia ratione conscripta: Sergii dico vitam. Sergius enim, Petrum si audimus, ultimus fuit illorum virorum, qui toti Paulicianorum sectae praeerant et suo arbitrio eorum res administrabant. Nam post eius mortem primo complures una sectam regebant, et qui postea ei praefuerunt Carbeas et Chrysocheres duces imprimis militares erant. Quo factum est, ut de Sergii vita plurima et narrarentur et litteris mandarentur. Talia Petro Siculo videntur praesto fuisse. Incipit ab appellatione (1288 B), multiplici nominis Sergii anaphora ornata, qua criminum moles in eum congeritur. Deinde vitam narrans imprimis sermonem (1289 A—1292 C), quo mulier Manichaea haeretica librorum sacrorum interpretatione ad Paulicianorum eum perducit fidem, exornat ita, ut non narrari quae dicta sunt, sed sermocinantes ante oculos positi esse videantur. Locos sacros ab illa adhibitos recte interpretatur. Tum multis Sergii epistolarum[1]) locis allatis

1) Epistulas Sergii spurias esse Ter-Mkrttschian (p. 22 sqq.) contendit, cum quae ex eis afferuntur, ipsa quidem ita a recta fide non recedant, ut Petri interpretatione demum haereticam speciem auferant. Quod tamen optime congruit cum Paulicianorum more, quem Petrus Photiusque saepius descripserunt (104, 1269 D sqq. 102, 20 A. 44 A. 48 A): verba sacra intacta relinquunt, ad suam sententiam interpretantur. Quamquam Paulicianos eodem more quo Petrus illos locos interpretatos esse minime affirmaverim. Praeterea ex illa re a Ter-Mkrttschiano observata contrarium plane

errores arrogantiamque eius redarguit vituperavitque eum ipsum tamquam in disputatione compellans (1293 B—1300 A). Denique de reliqua eius vita refert (1300 B—1302 C). Ex quibus haec extrema et quae inter appellationem illam sollemnem et disputationem cum muliere habitam exstant, eidem auctori tribuenda videntur esse ac reliqua omnis recentiorum Paulicianorum historia. Manifestum igitur est, Petrum ne hanc quidem partem libri sui ipsum confecisse sed duobus fontibus usum esse: libello contra Sergium scripto et historia Paulicianorum.

Qua de historia pauca dicenda sunt. Nam cum supra Petro genus dicendi temperatum non tribuendum esse viderimus, certe auctor Petri eo usus est. Et facile illud restituitur seclusis quae Petri esse videntur additamentis, sicut supra in verbis e Georgii Monachi libro sumptis fecimus. Quod hoc demonstretur exemplo:

PS 104, 1288 A.

τούτου (i. e. τοῦ Ἐπαφροδίτου) ἔτι ὑπάρχοντος μαθήτρια τούτου εἰς Ἀρμενίαν γυνή τις ἐκ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν μοιχευθεῖσα ἔσχεν υἱὸν ὥς φασιν ἐξ Ἑβραίων, τὸν [ἐπὶ κακίᾳ περιβόητον] ῥυπαρὸν Βαάνην. οὗτος οὖν ὁ Βαάνης διαδέχεται τὸν Ἀφρόνητον καὶ τὴν αἵρεσιν σώαν ἣν παρείληφεν παρὰ τῶν πρὸ αὐτοῦ [τὴν πάσης ἀκαθαρσίας πλήρη] κατέχων [καὶ πολλοὺς τῶν ἀφρόνων εἰς τελείαν ἀπώλειαν ἄγων] γίνεται καὶ αὐτὸς [τῆς κακίας] διδάσκαλος. μετ' οὐ πολὺν δὲ χρόνον καὶ ἕτερός τις ἀναδείκνυται [τῆς ἀληθείας ἀντίπαλος] ἐκ τῶν μερῶν Ταβίας τῆς πόλεως.

Usus est igitur Petrus Siculus historia chronicorum more scripta. Quae quando confecta sit, difficile est iudicatu, cum utrum Petrus Siculus ex illa historia quae de Chrysochere in capitis XLIII initio dicit sumpserit an ipse addiderit decerni nequeat.

---

colligendum erat. Nam siquis orthodoxorum Sergii epistulas fingere in animo habuisset, certe placitis maxime haereticis eas instruxisset nec talia conscripsisset, ut ubi sint haeretica vix inveniamus. Genuinas esse Sergii epistulas Engelhardt quoque (p. 12) putavit, etsi hic Photium ipsum eas in manibus habuisse iniuria contendit.

Huic scriptori a Petro adhibito pauca tantum de secta Paulicianorum innotuerunt. Nam si tabulam rerum ab eo narratarum confeceris, paucas res etiam atque etiam proferri invenies. Historia Paulicianorum in successionem singulorum ducum abiit, de quibus traditur:

quam diu sectae praefuerint,	quater;
ubi habitaverint,	septies;
quomodo diem supremum obierint,	quinquies;
quomodo cum alio de principatu decertaverint,	quater;
eos se Pauli apostoli discipulos esse praedicasse	ter;
persecutioni eos fuisse	quater;
quomodo ii, qui non Pauliciani nati erant, ad fidem haereticam conversi sint,	bis.

Placita eorum tangit tantum, cum de Genesii interrogatione narret.

Quam arte etiam in hac parte Photius et Petrus Siculus inter se cohaereant, ex qualibet pagina perspicies:

P 102, 61 BC.	PS 104, 1288 AB.
οὗτος οὖν τὴν κορυφὴν τῶν κακῶν ὁ χείριστος διαδέχεται τὸν εἰρημένον Ἐπαφρόδιτον ὁ Βαάνης. ὃς πάντα μὲν τὰ τῶν πρὸ αὐτοῦ, οἷς συνεκροτεῖτο ἡ ἀσέβεια, στέργων, ἀκαθαρσίᾳ δὲ βίου καὶ σωμάτων μίξεσιν ἀρρήτοις καὶ ταῖς ἄλλαις ἀθεμιτουργίαις τοὺς ἔμπροσθεν φιλονεικῶν ἀποκρύψασθαι, διετέλει διδάσκων τοὺς πειθομένους τὴν ὀλέθριον μάθησιν. ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους συναναφύεται τῷ πολυμόρφῳ τούτῳ καὶ βδελυρῷ θηρίῳ ἕτερόν τι παραπλήσιον δρακοντείου γέμον ἰοῦ. κώμη δὲ ἦν αὐτῷ πατρὶς ἡ Ἀνία τῇ Ταβίᾳ πλησιάζουσα πόλει, καὶ Δρύϊνος ἦν τῷ δειλαίῳ τὸ ὄνομα, τῆς κλήσεως θριαμβευούσης τὸν ἰοβόλον καὶ φθοροποιὸν ὄφιν κρυπτόμενον	οὗτος οὖν ὁ Βαάνης διαδέχεται τὸν Ἀφρόνητον καὶ τὴν αἵρεσιν σώαν ἣν παρείληφε παρὰ τῶν πρὸ αὐτοῦ, τὴν πάσης ἀκαθαρσίας πλήρη κατέχων καὶ πολλοὺς τῶν ἀφρόνων εἰς τελείαν ἀπώλειαν ἄγων, γίνεται καὶ αὐτὸς τῆς κακίας διδάσκαλος. μετ' οὐ πολὺν δὲ χρόνον καὶ ἕτερός τις ἀναδείκνυται τῆς ἀληθείας ἀντίπαλος ἐκ τῶν μερῶν Ταβίας τῆς πόλεως. ἔστι γὰρ ἐκεῖσε πλησιάζουσα κώμη ἡ Ἀννία καλου-

P 102, 61 BC.	PS 104, 1288 AB.
ἐν ἀνθρωπίνῳ σκηνώματι. τούτῳ τῷ θηρίῳ τίκτεται παῖς ἐξ αὐτῶν οἶμαι τῶν ἰοβόλων μᾶλλον σπερμάτων τοῦ ἀρχεκάκου ὄφεως ἢ ἐκ τοῦ προσεχῶς φύντος ἕλκων τὰς ἀπαρχὰς τῆς γενέσεως. τίθεται δ' οὖν ὁ πατὴρ τῷ γεννηθέντι κλῆσιν τὴν Σέργιον.	μένη, ἐν ᾗ κατῴκει ἀνήρ τις Δρύϊνος ὀνομαζόμενος. οὗτος ἔσχεν υἱὸν Σέργιὸν καλούμενον

Vel ex hoc loco, cum quae supra disseruimus de ratione, qua Photius in describendis auctoribus usus est, consideres, Photium a Petro pendere intelleges. Saepe etiam singula Petri verba servavit, id quod aliis exemplis etiam dilucidius illustratur:

PS 1277 D.	P 48 B.
ὅθεν ἅπαντες οἱ νῦν περιόντες τῶν Μανιχαίων παῖδες τὰς δραματουργίας ταύτας ἀγνοοῦντες προθύμως ἀναθεματίζουσι Σκυθιανόν, Βουδδᾶν τε καὶ Μάνεντα, τοὺς τῆς κακίας γεγονότας ἀρχηγέτας. Κωνσταντῖνον δὲ τοῦτον τὸν καὶ Σιλουανὸν ἑαυτὸν ὀνομάσαντα καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν ἀναδειχθέντας ὡς ἀποστόλους Χριστοῦ καὶ ἰσοτίμους Παύλου ἡγοῦνται.	ὅθεν οἱ νῦν τῶν Μανιχαίων παῖδες, ὡς καὶ πρὶν ἔφθην εἰπών, Σκυθιανὸν μὲν καὶ Βούδην καὶ Μάνεντα προθύμως τῷ ἀναθέματι πέμπουσιν, Κωνσταντῖνον δὲ εἰς τὰ μάλιστα θειάζουσί τε καὶ περιέπουσι καὶ δὴ καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν ἀναδειχθέντας διαδόχους ἴσα καὶ Χριστοῦ γεραίρουσιν, ἵνα μὴ πλέον εἴπω, ἀποστόλοις.
PS 1288 C extr.	P 64 C.
ἔδει γὰρ τοὺς τῆς ἐχθίστης αἱρέσεως διδασκάλους τοὺς μὲν ἐκ Σαρακηνῶν κατάγεσθαι . . .	ἔδει γάρ, ἔδει τοὺς τῆς βδελυρᾶς ταύτης καὶ θεομάχου ἀποστασίας διδασκάλους καὶ κήρυκας τοὺς μὲν Ἀγαρηνῶν εἶναι γεννήματα . . .

Ut accuratius et qua ratione usus Photius hanc partem conscripserit et utrum solum Petrum Siculum an alium quoque auctorem adhibuerit cognoscamus, quae quisque plura altero praebeat, examinanda sunt.

Omisit Photius quae ei minoris visa sunt momenti: verba τὸ κάστρον τῆς Κολωνείας, quae Petrus Siculus ad Cibossae oppidi nomen adiecit (1280 A); verba quae Petrus, cum Silvanum se illum esse Silvanum praedicasse, qui Pauli apostoli discipulus fuit, narrasset, addidit: τοῦτο δὲ μετὰ χρόνους ἑξακοσίους τῆς μαρτυρίας Παύλου ἀναφανεὶς ἔλεγεν, ὡς γὰρ προείρηται ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ ἔγγονος Ἡρακλείου (1280 A); quae Petrus Siculus accuratius de Constantini morte narraverat (1280 BC); quae de ὑετῷ Petrus ex ipsius narratione antecedente (1269 B) repetivit (1277 C). Silentio praetermisit Symeonem πλησίον τοῦ σωροῦ i. e. prope tumulum Silvani combustum esse (1281 D). Neglexit quae Petrus Siculus de Zachariae ortu ignobili refert (1285 A); quae ille de Epaphrodito tradidit: ἔλεγε τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς μαθητὴς εἶναι Παύλου τοῦ ἀποστόλου ὁ Ἐπαφρόδιτος καὶ παρ' αὐτοῦ πρὸς αὐτοὺς ἀπεστάλθαι (1285 D). Omisit Mariae implorationem (1293 A) multaque, quibus Petrus Siculus zelo suo orthodoxo satisfecit.

Omisit praetera Photius etymologias, quibus Petrus ducum Paulicianorum nomina illudere solet. Tales nominum immutationes inde ab antiquissimis temporibus usitatas fuisse constat. Imprimis comoediarum scriptores gratam hanc inimicorum irridendorum risusque spectatorum movendi occasionem non praetermiserunt. Pari modo in litteris ecclesiasticis permulta invenies exempla, quorum magnum numerum Fabricius[1]) congessit, ex quo nonnulla afferre liceat: Pro Noeto ponitur Anoetus, pro Photino Scotinus, pro Gnosticis Catagnostici, pro Eudoxio Adoxius similia. Quare hoc genus pugnandi omnibus clericis notissimum erat. Exemplum insigne est Manetis nomen, quod etiam atque etiam cum μανία vocabulo coniungitur[2]). Eodem modo Petrus Siculus Paulicianorum principibus illusit, quorum nulli paene pepercit. Silvanum Σαλουάνουν vocat[3]), Timotheum Θυμόθεον (1284 B), Epaphroditum Ἀφρόνητον (1285 D), de Titi nomine dicit: ἐγὼ δὲ τοῦτον οὐ Τίτον λέξω . . .

---

1) Codex apocryphus novi testamenti. Hamb. 1719. p. 344 adn.

2) cf. Titus Bostr. 1, 9 Lag.; Epiph. haer. 66, 1; Cyrill. 33, 580 B; Phot. 102, 37 B; Petr. Sic. 104, 1260 B al.

3) 1280 A, quo loco in Mignei editione falso legitur Σιλουανός; cf. Gieseleri edit. p. 32.

ἀλλὰ Κῆτος (1281 A). Quarum etymologiarum simile est vocabulum μιερεῖς, quo nomine eos, qui Sergio successerant, vocavit (1301 BC)[1]. Omnia haec, quae Photius abiecit, quamvis multa, tamen leviora sunt.

Maioris momenti sunt ii loci, quibus quae Petrus narrat mutavit.

Cum Paulicianos a Romanis vexatos in Saracenorum fines confugisse referunt, gravius inter se discrepant:

PS 104, 1285 C.	P 102, 60 A.
Ἰωσὴφ . . τὰς ἁμάξας ἐνστρέφει ὡς πρὸς Συρίαν καὶ ἐλθόντων τῶν Σαρακηνῶν φησι πρὸς αὐτοὺς ὡς ἐπὶ γαλουργίᾳ καὶ βουκολίᾳ ἐξεληλυθέναι. οἱ δὲ Ἀγαρηνοὶ ταύτῃ τῇ ἀπολογίᾳ πληροφορηθέντες ἐάσαντες αὐτοὺς ἀδικήτους[2]) ἀπεχώρησαν.	ἀναστρέψαι δὲ τά τε ὑποζύγια καὶ τὰς ἁμάξας τοῖς ἑπομένοις προστάττει. καὶ δὴ κατασχηματίσας ἑαυτόν τε καὶ τοὺς μετ᾽ αὐτοῦ πρὸς τὸ τῶν αὐτομόλων σχῆμα τὴν ἀντιπρόσωπον ἤλαυνε τοῖς πολεμίοις, ὡς δῆθεν αὐτοῖς ἐπιοῦσιν προσχωρῶν ἅμα τοῖς συνεπομένοις. καὶ δόξας τῷ πλάσματι πιθανὸς καὶ τὰ ἐκείνων στέργειν ἐπομοσάμενος ἀφείθη τε σὺν τοῖς ἑπομένοις τοῦ θανάτου καὶ . . .

Hoc loco Photius auctorem suum videtur correxisse. Nam quae Petrus Siculus exhibet, minus dilucide sunt narrata. Quare Photius quomodo res re vera se habuisset sibi finxit et Paulicianos, cum Saraceni accederent, servari non potuisse ratus, nisi se transfugas esse simulassent, haec Petri Siculi narrationi substituit.

Magnam Photius dedit operam, ut narrationem aequabilem redderet, id quod Petrus plane neglexit. Quare Photius illa e libro contra Sergium sumpta commutavit et diversas partes in narrationem unam uno genere dicendi conscriptam coegit.

---

1) cf. Brinkmann Rhein. Museum 63, 307 adn. et Reinhold Diss. phil. Hall. XIV 39.

2) Gieseler coni. ἀθίκτους.

Itaque appellatione anaphoraque omissis criminum loco malos mores indolesque Sergii describit (64 A); disputationem integram paene servat neglectis illis imprimis locis, ubi Petrus rectum locorum sacrorum explicavit sensum, quod ipse indicat verbis ὡς διὰ βραχέων φάναι (64 D). Cum quae sequuntur breviora essent, quam ut cum longa disputationis enarratione congruerent, auxit ea aliquot sententiis, quibus tamen nova non affert, eo excepto quod et hic (69 A) aeque atque antea (64 B) Sergium discipulos non statim placita Paulicianorum docuisse narrat, sed primo eum orthodoxum se esse simulasse, tum paulatim illos de recta via deduxisse. In quibus fortasse Petri locum similem (1292 CD cf. 1252 D) imitatur. Petri disputationem, qua epistulae Sergii tractantur, quo concinnior fieret narratio, valde contraxit. Nam e novem epistularum locis, quos Petrus affert, modo primum (1293 B), tertium (1296 A), quintum (1296 C extr.), septimum (1297 C), octavum (1297 D) attulit, nonum (1300 A) tetigit tantum. Cum Petrus quintum quarto annexisset verbis καὶ μετ' ὀλίγα (1296 C extr.), Photius quamquam quartum locum omiserat, haec verba descripsit (72 B). Cum Photius addat (73 A): πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα . . . ἐν πολλοῖς αὐτοῦ τῶν μιαρῶν γραμμάτων ἔστιν ἐνιδεῖν, ipse se nonnulla omisisse fateri videtur. Neglexit praeterea quae Petrus Siculus Sergio vitio dat flagitia (1193 B–D), quae sunt talia, qualia omnibus haereticis ab orthodoxis imputata sint. Omisit ea, quibus Petrus Sergium refutare conatur, neque Sergium ipsum appellavit. Ita effecit, ut haec, quae aliena fuerant ab historia Paulicianorum quaeque aliena esse apud Petrum Siculum facile cognosci potest, cum reliqua narratione artissime conecteret. Cum verba, quibus quae sequuntur adiungit μηδεὶς δὲ οἰέσθω (73 B), eadem apud Petrum Siculum exstent et ea cum alia (1300 B) coniuncta sententia, ostendunt Photium Petro auctore usum esse. Quae sequuntur Photius aequalitati studens amplificavit, cum simplex horum Petri Siculi capitum enarratio male cum copiosis locis, quae antecedunt, congrueret. In quibus Petrum et eius auctorem correxit pro prava forma Βανιῶται (1300 C extr.) recta usus Βαανῖται (76 B).

Saepius iam quomodo Photius in hac extrema libelli parte scribenda egerit, vidimus. Exemplo ei fuit Petri Siculi

narratio, quam tamen inaequalem et e diversis partibus diverso scriptis sermone compositam ut concinnam et elegantia atque arte scriptam redderet magnam dedit operam. Quod ut effecerit saepius sermone uberiore usus est, plerumque tamen ita, ut novi nil adderet, imprimis in extremis capitibus. Nonnullis autem locis et res a Petro Siculo non traditas inseruit. Quare utrum haec ex alio libro an de suo addiderit quaerendum est. Percenseamus igitur omnia quae Photius plura exhibet quam Petrus.

Petrus cum Symeonem et Iustum[1]) inter se dissensisse et cum de aliis rebus tum de quodam epistulae ad Colossenses missae loco disputasse narret (1281 B), Photius (52 A) tritissimi illius de deo transmundano et deo mundi creatore placiti mentionem inicit, qua in re peculiari auctore ei certe non opus erat. — Cum Petrus Siculus (1284 A) ad Paulum, Genesii patrem, Paulicianorum nomen revocandum esse traderet, plane oblitus est, se ipsum antea (1273 B) a Paulo, Callinicae filio, id repetendum esse narrasse. Photius qui (17 B) item a Callinicae filio sectam appellatam esse Georgium Mon. secutus scripserat, hoc loco (52 C) illud recordatus dixit: ἐκ τούτου δὴ τοῦ Παύλου μερὶς οὐκ ἐλαχίστη τῆς ἀποστασίας καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἕλκειν μᾶλλον ἢ ἐκ τῶν τῆς Καλλινίκης παίδων τὸ μυσαρὸν τῶν Μανιχαίων ἔθνος νομίζουσιν. — Ceterum Photius totam discordiam inter Genesium et Theodorum exortam fusius dilucidiusque narrat quam Petrus. — Cum de pestilentia loquatur, qua Genesius mortuus est, addit (58 A): ἐπενέμετο γὰρ κατὰ τοὺς καιροὺς ἐκείνους ἀφειδῶς τὸ ἀνθρώπινον. — Verba Matthaei evangelistae Photius et plenius et accuratius affert (65 B) quam Petrus Siculus (1289 CD). — Priusquam epistularum locos affert, Photius (69 C) Sergium

---

1) Quo loco animadvertas accuratissime Photium, quae a magistratibus, quae ab ecclesiae ministris administranda sint, definire. Similia alio quoque loco (53 B) dicit, ubi laudat Leonem imperatorem, quod cum Genesius Paulicianorum dux ad eum duceretur, οὐκ ἔχων κρίσιν τὰ τοιαῦτα διερευνᾶν καὶ τοῦτο καλῶς συνειδώς Genesium non ipse interrogavit, sed eum ad patriarcham duci iussit. Quae spectant ad illas inter imperatorem et patriarcham controversias, utrum imperatori in rebus dogmata ecclesiamque spectantibus auctoritatis quicquam deberetur necne.

se Paracletum et Spiritum sanctum et Tychicum appellasse narrat, quae ex alio Petri Siculi loco (1288 C) huc transtulit, additque: ἑπτακοσίων ἐτῶν ἐγγὺς μεταγενέστερος καὶ Παύλου καὶ Τυχικοῦ γεγονώς, talia igitur, qualia ipse in Silvano omisit[1]). — In cap. XXIV (77 B) Photius accuratius quomodo Pauliciani a magistratibus capti tractandi essent descripsit, quae res ei, cum esset patriarcha, optime innotuerat. — Petrus Siculus (1301 A) ab Anastatis qui vocantur Paracondacem praefectum, a Cynochoritis Thomam episcopum interfectum esse narrat, Photius (77 C) addit Anastatorum aliquem Cynochoritis caedis illius auctorem fuisse. Quod de suo videtur addidisse nescio an Petri verbo ὁμοίως inductus. — Pari modo Paulicianos cum Romanis bellum gerentes captivos ad suam ipsorum fidem vi perduxisse addidit (80 A), quod quidem in promptu erat. — Photius (80 C) Sergium ἔτει τρίτῳ καὶ τεσσαρακοστῷ καὶ τριακοσιοστῷ πρὸς τοῖς ͵ς mortuum esse tradit, Petrus (1301 B) ἔτει ἑξακισχιλιοστῷ τριακοσιοστῷ τρίτῳ, in quibus librarii cuiusdam errore vocabulum τεσσαρακοστῷ excidisse patet[2]). — In initio et in fine capitis XVI (81 BC extr.) Photius addit Carbeam et Paulicianos, cum vicini essent Saracenorum, illorum deos coluisse. Petrus Siculus talia non narrat. Nec tamen ideo Photium alium adhibuisse librum putabimus. Sed tales de Paulicianis rumores certe tum crebri apud Romanos vagabantur.

Omnes igitur, quos Photius addidit locos, vel facile explicantur vel minoris momenti sunt, quam ut Photium praeter Petrum etiam alio usum esse auctore credamus. Habuit Petri

---

1) cf. supra p. 46.

2) Cum a Petro Photioque nonnullis locis annorum numeri traditi sint, Gieseler (Theol. Stud. u. Kritiken II p. 87 sqq.) et Windischmann (l. s c.) temporum ordinem, quantum ad Paulicianorum res gestas pertinet, restituere conati sunt. Nec tamen in omnibus consenserunt. Quibus in discrepantiis gravissimum est illud, quod Gieseler Sergium a. 835, Windischmann a. 824 mortuum esse statuit. Gieseleri coniecturam rectam esse docet Petrus Siculus, qui Sergium inde ab Irenae (—802) usque ad Theophili (829 - 842) tempora vixisse tradidit (104, 1293 B). Ter-Mkrttschian totam temporum rationem repudiavit tam futilibus nisus argumentis, ut ea pluribus refellere opus non sit.

Siculi narrationem, cui addidit parvula quaedam, quae ipse sciebat audiverat.

Comprehendamus, quae adhuc evicimus. Petrus Siculus auctoribus usus est Georgio Monacho, cuius nomen non attulit, Cyrillo Hierosolymitano et Epiphanio, quos nominavit, et incerto auctore quodam, qui recentiorum Paulicianorum scripsit historiam. Hanc historiam amplificavit ampliore disputatione, quam e libello contra Sergium scripto cum sumpsisse demonstrare studuimus. Photius primum Georgii Monachi capita, quibus Paulicianorum res gestae et placita explicantur, descripsit, quae postea e Petri Siculi libro auxit. Inde a capite undecimo totus a Petro Siculo pendet.

Quae cum ita sint, apparet Photium historiam Manichaeorum conscripsisse post a. 870, ante quem annum Petri Siculi libros ortos non esse vidimus[1]) et ante a. 874, ut ex ipsa cognoscitur[2]). Itaque quaestio oritur, qua re commotus sit, ut paulo post Petri Siculi librum editum ipse librum scriberet, qui quasi altera erat illius libri editio. Sed differunt libri maxime etsi non rebus narratis tamen genere dicendi. Petrus Siculus auctoribus suis ita usus est, ut Georgii Monachi historiam in suum transferret genus dicendi, Cyrilli et Epiphanii verba integra servaret et quantum videmus duorum extremae partis auctorum sermones non magnopere mutaret. Itaque e quinque sermonibus diversis narrationem miscuit. In quo Photius, quippe qui eleganter ornateque scribendi arte polleret, maxime offendebat. Quare ipse certe optime et de libro et de eis, qui eum lecturi essent, se meriturum esse putavit, si eadem concinno elegantique genere dicendi denuo narraret. Quod quanti aestimaverit, vel inde colligi potest, quod cum disputationem Genesii et patriarchae Cpolitani oratione recta neque cum ceteris congruente usus narraturus esset, tamquam excusaret, addidit ὡς ἂν ἡ μίμησις εἴποι[3]).

Neque hoc cum temporibus Photii non consentit. Nam tum in exsilio erat neque ei multi praesto erant libri[4]). Quare non facile novum conscribere potuit librum, in quo pluribus ei opus

---

1) p. 17. 2) p. 20.
3) 102, 53 B extr. 4) cf. supra p. 20.

erat subsidiis. Sed ne Petri Siculi librum rectractaret, nulla impediebatur difficultate. Praeterea hoc modo occasionem nactus est, ut quanto superaret illos qui tunc in aula erant imperatoria clericos demonstraret. Cum Photius in extremo Petri Siculi libro [1]) vidisset illum promisisse se placita quoque haereticorum refutaturum esse, ipse quoque talia pollicitus est [2]). Petrus quae promiserat effecerat. Photius historiae tres subiunxit libros, quorum priores antea scriptos esse supra vidimus, extremo quae in illis dixerat denuo tractavit, cum ei in exsilio scribenti illi praesto non essent [3]).

Petrus Siculus in fine libri se imperatoris iussu hoc opus confecisse narrat. Capita III et IV praefationis locum tenent, qua rationem reddit, cur talem scribat librum, quo et narrentur et pervulgentur placita haeretica. Capita V—IX prooemii loco funguntur. Hunc librum cum imperatori confecisset, postea πάλιν καὶ τῶν ἀσεβῶν ἐκείνων ἀκούσας φληναφούντων ὡς μέλλουσιν ἐξ αὐτῶν ἐκείνων ἀποστέλλειν ἐν τοῖς τόποις Βουλγαρίας τοῦ ἀποστῆσαί τινας τῆς ὀρθοδόξου πίστεως [4]) eum ad archiepiscopum Bulgarorum misit epistula dedicatoria (cap. I—II) praeposita. Quae cum, quantum video, in omnibus qui servati sunt Petri Siculi codicibus exstet, inde colligi potest eos omnes revocandos esse ad codicem tunc ad episcopum Bulgarorum missum.

Photianorum autem librorum codicem Palatinum ineunte saeculo decimo inimico quodam Photii, Euthymium putes, patriarchatum gerente exaratum esse probabile est. Ita enim optime, cur Metrophanis episcopi nomen eis impositum sit, intellegitur.

---

1) 104, 1304 B extr. 2) 102, 84 C.
3) cf. 102, 180 A. 4) 104, 1241 B extr.

Caput septimum.

De formula recipiendorum Paulicianorum.

Gravissimum illorum temporum documentum est formula recipiendorum Paulicianorum, quam illis temporibus conscriptam esse multis et gravibus argumentis Brinkmann confirmavit[1]). Supra vidimus orthodoxos illis temporibus magnam operam dedisse, ut haereticos ad rectam fidem reducerent. Sed priusquam illi in ecclesiam reciperentur, fidem haereticam abiurare debebant. Atque Photius in epistula ad Paulum Thessalonicensem data, cum quomodo tales, qui rectam rursus complexi sint fidem, tractandi sint exponat, ne mitius cum eis agatur, monet:

τοὺς .. προσιέναι βουλομένους οὐχ ἁπλῶς οὐδ' ὡς ἔτυχε χρὴ παραδέχεσθαι, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς μὲν τῆς ἐπιστροφῆς, θερμῆς δὲ τῆς μετανοίας καὶ ὀξείας καὶ ἀνυποκρίτου τῆς σφῶν ἐφ' οἷς ἐβράδυναν καταγνώσεως[2]). οἱ δὲ νῦν .. προσιόντες . εἰ μὴ σὺν πάσῃ προθυμίᾳ καὶ ἀνενδοιάστῳ γνώμῃ τὴν προτέραν αὐτῶν μυσάττονταί τε καὶ διαπτύουσιν ἔριν, οὐδὲ ἅπτεσθαι τῶν προθυρῶν τῆς ἐκκλησίας τυγχάνουσι δίκαιοι[3]).

Saeculo nono aliquot formulae recipiendorum eorum, qui aliam secuti erant fidem, compositae sunt. In quibus sunt formulae Iudaeorum[4]), Athinganorum[5]), Saracenorum[6]) recipiendorum. De duabus aliis infra loquar.

In formula illa Paulicianorum recipiendorum Chrysocheris ducis mentio fit. Cum probabile non sit talem ducem, qui militia tantum valuerit, post mortem diu etiam tam notum

---

1) Rhein. Mus. 51, 273 sqq., Alex. Lycop. praef. p. XXVI. Novissimus eam edidit Migne 1, 1461 sqq.

2) ed. Papad. Keram in Actis fac. hist.-phil. univ. Petrop. tom. 41. 1896. p. 20.

3) ib. p. 25.

4) Cumont La conversion des Juifs byz. au IX[e] siècle. Rev. de l'instr. publ. en Belg. 46, p. 11.

5) Ficker Eine Sammlung von Abschwörungsformeln. Zschr. f. Kirchengesch. 27, 450 sq. 1906.

6) Montet Un rituel d'abjuration des Musulmans dans l'église grecque. Revue de l'hist. des relig. 53. 1906.

fuisse, ut in formula dogmata imprimis spectante commemoraretur, formulam ad Chrysocheris fere tempora revocare possumus. Praetera eam artissime cum Photii historia Manichaeorum cohaerere Brinkmann[1]) ostendit. Quare eam nono saeculo vel Photio auctore vel ab ipso Photio compositam esse voluit, quam coniecturam probaverunt reliqui viri docti, qui hac de re egerunt velut Cumont et Ficker[2]).

Formula ex duabus partibus constat, quarum altera Manichaeorum placita reiciuntur, altera Paulicianorum. Nam cum Paulicianos novos Manichaeos esse orthodoxi crederent[3]), opus esse putabant eos Manichaeorum quoque placita palam abiurare. Atque primum de altera parte nobis agendum est. In qua primum Paulicianorum enumerantur duces et ecclesiae, deinde errores, quos de deo, de Maria, de cruce, de baptismate, de cena domini, de ecclesia commisisse dicebantur. Tum Ioanne, haeresis auctore, iterum commemorato et nonnullis aliis rebus cursim absolutis adiunguntur mysteria Paulicianorum eorumque de cibis et ieiunio placita. Postremo de libris sacris reiectis, de improbis moribus, de dissimulatione agitur.

Quarum partium eae, quibus duces, ecclesiae, dogmata enumerantur et dissimulatio vituperatur, e Photii libro sumptae sunt. Nam inde quod formulae partes eundem sequuntur ordinem ac Photii et Georgii Monachi librorum capita, colligi potest formulae scriptorem Photii libro usum esse, non Petri Siculi, qui de placitis cap. X, de ecclesiis cap. XXXVIII agit, ducum brevem enumerationem, quam Georgius Monachus Photius formula praebent, non exhibet. Inseruit formulae scriptor ex posteriore Photii narratione, quae de Sergii successoribus tradit. Quod Ioannis nomen iteravit, ipsi tribuendum est. Tum verbis ἀνάθεμα τοίνυν πᾶσι τοῖς εἰρημένοις καὶ τοῖς τὰ ὅμοια φρονοῦσι

1) locis s. c.

2) Rationis, quae inter Photii libros et formulam intercedit, similis est ratio, quae est inter Martini Bracarensis librum de correctione rusticorum scriptum (ed. Caspari 1883) et canones synodi Bracarae a. 572 habitae (Mansi IX 838 C); cf. Casparii praefat. p. XVIII. LXXXVII.

3) cf. inscriptionem libri Photiani: διήγησις περὶ τῆς Μανιχαίων ἀναβλαστήσεως.

omnia quae antea dixit comprehendit, denique damnat eos, qui orthodoxos Romanos vocent, id quod rursus e Photii libro exscripsit.

Verba quae sequuntur et reliquas formulae partes aliunde hausit. Hoc vel inde cognoscere licet, quod Paulicianos omnes orthodoxorum libros sacros reiecisse tradit, id quod cum iis, quae Photius [1]) rettulit, non concordat.

Iam vero haec pars formulae (inde a verbis καὶ ὑβρίζουσι usque ad v. καὶ ἡλικίας Patr. gr. 1, 1469 BC l. 17—41) miro modo congruit cum alia quadam formula Paulicianorum recipiendorum, quam Ficker [2]) publici iuris fecit. Ficker formulas arte inter se cohaerere, a priore tamen amplioris formulae parte, qua Manichaeorum placita damnantur, brevem quam edidit formulam valde discrepare vidit. Idem recte concludit, si re vera brevis formula amplioris formulae fuerit exemplum, vetustior igitur fuerit quam amplior formula, eam maximi momenti esse ad cognoscenda Paulicianorum placita. Breviorem vero formulam a scriptore amplioris adhibitam esse inde colligi potest, quod in amplioris formulae parte, quae consentit cum brevi formula, ipsa ea, quae antea iam tractata erant, desunt et quod illis locis, quibus congruunt, amplior formula a breviore pendet. E septendecim brevioris formulae partibus quattuor tantum in ampliorem formulam receptae sunt: quarta, quinta, sexta, septima. In reliquis capitibus agitur:

I. de diabolo mundi creatore,
II. de Iesu specie non re vera e Maria nato,
III. de Maria a Paulicianis reiecta,
VIII. de diabolo hominum creatore,
IX. de apostolis et evangeliis a Paulicianis reiectis deque eorum ducibus,
X. de libris Paulicianorum,
XI. de Christo deo infra caelum collocato,
XII. de Paulo Samosatensi,
XIII. de eis, qui a vera ecclesia dissentiunt,
XIV–XVI. de apostolis, patribus eorumque libris, de synodis, canonibus a Paul. reiectis.
XVII. omnia comprehenduntur.

1) 102, 28 C. 2) Ztschr. f. Kirchengesch. 27, 453 sqq.

Paulus ille Samosatensis certe Paulus est Callinicae filius [1]. Quod si verum est, uno tantum e septendecim capitibus affertur aliquid, quod neque in priore parte amplioris formulae neque in eis, quae e Photii libro sumpta sunt, invenimus: id est undecimum illud de Christo dictum. Id fortasse eam ob causam omissum est in ampliore formula, quod in eis quae antecedunt satis de Paulicianorum placitis, quae ad Christum pertinent, actum esse visum est.

Si illas partes, in quibus formulae congruunt, comparamus, primum statuendum est ea, quae in formula ampliore de mysticis et detestandis Paulicianorum cibis leguntur, in breviore deesse. Quae aut aliunde addita, aut, id quod praestare videtur, olim in breviore formula exstitisse sed postea omissa esse putanda sunt.

Ceterum tribus locis inter se discrepant:

amplior formula.	brevis formula.
ἀνάθεμα τοῖς ὑβρίζουσι . . . εἰς τὰς ἱερὰς εἰκόνας καὶ τὸ σωτήριον βάπτισμα.	cap IV. ἀνάθεμα . . . . τοῖς ὑβρίζουσι . . . . εἰς τὰς ἱερὰς τῶν ἁγίων πάντων εἰκόνας καὶ αὐτὴν τὴν σεπτὴν καὶ ἁγίαν εἰκόνα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς ἁγίας μητρὸς καὶ θεοτόκου καὶ τῶν θεοειδῶν ἀγγέλων καὶ τὸ σωτήριον βάπτισμα
ἀνάθεμα τοῖς . . κατὰ . . τὸν καιρὸν τῆς δοκούσης αὐτοῖς τεσσαρακοστῆς τυροῦ τε καὶ γάλακτος ἐμφορουμένοις.	cap. V. ἀνάθεμα τοῖς . . κατὰ . . τὸν καιρὸν τῆς δοκούσης αὐτοῖς τεσσαρακοστῆς κρέατος τυροῦ καὶ γάλακτος ἐμφορουμένοις.
ἀνάθεμα τοῖς συμφθειρομένοις ἀδελφῇ	cap. VII. ἀνάθεμα τοῖς τῇ αἱμομιξίᾳ χρωμένοις καὶ συμφθειρομένοις ἀδελφῇ . . . . .

His exceptis ad verbum concordant.

Atque cum illo ipso loco amplior formula cum breviore congruere incipiat, ubi quae ex Photio sumpta sunt desinunt, ex Photii formulaeque brevioris verbis videtur composita esse.

1) cf. Ficker p. 459 sq. 2) cf. Ficker p. 455 sq. adn. 2.

Alia quoque graviora argumenta proferri possunt. Cum in formula breviore placita Paulicianorum sine ordine enumerentur, apud Georgium Monachum, Petrum Siculum, Photium in certum ea redacta sunt ordinem, quem ab ecclesia probatum receptumque esse amplior ostendit formula. Quem ordinem certe omnes qui postea scripserunt sequi debebant. Nec probabile est breviorem formulam in amplioris locum substitutam esse. Praeterea Ficker recte monuit in brevi formula nondum Paulicianos cum Manichaeis copulatos esse, quod cum Georgius Monachus tum Petrus Siculus et Photius fecerunt, qui historiae Paulicianorum Manichaeorum res gestas praeposuerunt. Atque Petrus expressis verbis dicit Sergii doctrinam eandem esse ac Manichaeorum[1]). Photium autem novam formulam redigendam curasse, quae e duabus partibus componebatur, quarum altera Manichaeorum, altera Paulicianorum dogmata damnarentur, valde probabile est. Itaque cum Petri Photiique historiis Manichaeorum et ampliore formula editis Paulicianos a recentioribus scriptoribus ecclesiasticis a Manichaeis rursus separatos esse credi non possit, brevior formula vetustior est, medio igitur saeculo nono edita est. Neque eam propter verba supra primo loco allata, in quibus maximi penduntur imagines diligenter venerandae, maiore spatio ab iconomachorum temporibus abesse verisimile est.

Ficker quamquam et ipse haec intellexit, tamen cum quae in formula exhibentur magna ex parte cum Bogomilorum placitis congruant, an rectius saeculo undecimo tribuenda esset formula, dubitavit[2]). Quae quaestio persimilis est illius, quam Friedrich de Petri Siculi loco Bogomilorum placita sapiente movit[3]). Nec tamen recte Ficker dubitavit. Nam in formula illa nihil est, quod cum eis, quae aliunde de Paulicianis comperimus, non consentiat. Quae si cum alius quoque sectae placitis concordant, inde id tantum efficitur illam eadem paene ac Paulicianos docuisse, vel potius homines orthodoxos eis eadem placita attribuisse. Ficker ipse Euthymium Zigabenum

---

1) 104, 1300 B cf. Photius 102, 73 B.
2) p. 461 sqq.
3) cf. supra p. 35.

in titulo, quo de Bogomilis egit, nonnunquam Paulicianorum mentionem fecisse monuit. Euthymius autem Bogomilos eosdem esse atque Eutychitas narrat, quorum cum placita percensebis, de Paulicianis verba fieri putabis. Reiciunt vetus testamentum, baptisma, cenam domini, crucem, patres; duo esse principia docent; se ipsos θεοτόκους vocant; eorundem ac Pauliciani arguuntur vitiorum. Quare etsi similitudo quaedam intercedit inter formulam breviorem et Bogomilorum placita, tamen ideo eam saeculo undecimo compositam esse negandum est. Immo saeculo nono conscripta accuratius quam amplior formula nos de placitis Paulicianorum certiores facit; postea autem, cum ut Paulicianos cum Manichaeis coniungerent operam darent, alteri cessit, cuius tamen exemplum ex parte fuit.

Quae de priore amplioris formulae parte effici possunt, minus certa sunt, praesertim cum, quo tempore haec pars scripta sit, non constet. Nam cum illa parte multae res, quas aliunde vix aut omnino non scimus, tradantur, aliquot saeculis ante Photium scripta sit necesse est, cum Manichaeorum res gestae, institutiones, placita optime nota erant. Certe cohaeret cum formula Manichaeorum recipiendorum a Goario et Fickero edita quam Photium quoque et Petrum Siculum adhibuisse vidimus p. 22. Quae quantopere inter se consentiant, his ex verbis intellegi potest:

amplior formula Patr. gr. 1, 1461 C. sq.)	form. Manichaeorum rec. (p. 446 Ficker.)
ἀναθεματίζω Μάνεντα τὸν καὶ Μανιχαῖον καὶ Κούβρικον, ὃς ἐτόλμησεν ἑαυτὸν παράκλητον ὀνομάζειν καὶ ἀπόστολον Ἰησοῦ Χριστοῦ. ἀναθεματίζω Σκυθιανὸν καὶ Τερέβινθον τὸν καὶ Βουδδᾶν, τοὺς Μάνεντος διδασκάλους. ἀναθεματίζω Ζαράδην	ἀνάθεμα Μάνεντι ἤτοι Μανιχαίῳ τῷ καὶ Κουβρίκῳ .... (447, 10) ἀναθεματίζω δὲ ... Σαράδην καὶ Βοδδὰν καὶ Σκυθιανόν, τοὺς πρὸ Μανιχαίων γεγονότας.
ἀναθεματίζω πάντας τοὺς εἰπόντας ἢ λέγοντας ἢ λέξοντας δύο ἀρχὰς ἀγεννήτους ἀντικα-	(447, 27) ἀναθεματίζω δὲ καὶ καταθεμ. πάντα ἄνθρωπον λέγοντα δύο ἀρχὰς εἶναι καὶ ταύτας

amplior formula.	form. Manichaeorum rec.
θεστώσας ἀλλήλαις, τὴν μὲν ἀγαθήν, τὴν δὲ πονηράν.	ἀντικαθεστώσας ἀλλήλαις, ἀγεννήτους, μίαν μὲν πονηράν, μίαν δὲ ἀγαθήν.
ἀναθεματίζω Μαρκίωνα καὶ Οὐαλεντῖνον καὶ Βασιλείδην καὶ πάντα ἄνθρωπον τὸν τολμήσαντα ἢ τολμῶντα ἢ τολμήσοντα βλασφημεῖν κατὰ τῆς παλαιᾶς διαθήκης ἢ τῆς καινῆς	(447, 19) ἔτι ἀναθεματίζω καὶ Μαρκίωνα καὶ Οὐαλεντῖνον καὶ Βασιλείδην καὶ πάντα ἄνθρωπον τὸν τολμῶντά τι βλασφημεῖν καὶ λέγειν κατὰ τῆς παλαιᾶς καὶ καινῆς διαθήκης.
καὶ ἁπλῶς ἀναθεματίζω τοὺς βλασφημοῦντας τὸν ἀληθινὸν τοῦ παντὸς ποιητὴν καὶ μὴ ὁμολογοῦντας ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι παλαιᾶς καὶ καινῆς διαθήκης θεὸν καὶ τοὺς ἐν ἑκατέρᾳ διαλάμψαντας ἁγίους εἶναι πιστεύοντας καὶ φίλους θεοῦ...	(448, 12) καὶ ὁμολογῶ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι παλαιᾶς τε καὶ νέας διαθήκης θεὸν καὶ τοὺς ἐν ἑκατέρᾳ διαπρέψαντας καὶ ἐπαινουμένους ἁγίους ἐπίσταμαι καὶ φίλους θεοῦ.
.. ἀναθεματίζω τοὺς λέγοντας, ὅτι τὸ σῶμα ἐκ τῆς πονηρᾶς ἀρχῆς ὑπέστη καὶ ὅτι φύσει ἐστὶ τὰ κακά.	(448, 1) ἀναθεματίζω δὲ καὶ τοὺς λέγοντας, ὅτι τὸ σῶμα ἐκ τῆς πονηρᾶς συνέστηκεν ἀρχῆς ἢ φύσει τὰ κακά.
ἀναθεματίζω τὸν ληρώδη Μάνεντος μῦθον, ἐν ᾧ φησι μὴ ὅμοιον ἡμῖν διαπεπλάσθαι ὑπὸ τοῦ θεοῦ τὸν πρῶτον ἄνθρωπον, τουτέστι τὸν Ἀδάμ.	(448, 6) πρὸς τούτοις δὲ ἀναθεματίζω τὸν ἀρνούμενον ἡμᾶς τε καὶ τὸν πρῶτον ἄνθρωπον, τουτέστι τὸν Ἀδάμ, τὸν ὅμοιον ἡμῖν, μὴ διαπεπλάσθαι ἐκ γῆς ὑπὸ θεοῦ.

Sed, quae sequuntur in ampliore formula, ea in Manichaeorum rec. formula in angustum contracta leguntur (448, 9 ὅσα περί τε ὕλης καὶ σκότους καὶ τοῦ καλουμένου Σακλᾶ καὶ Νεβρῶδ κτέ.), plane autem consentiunt cum Theodoreti compendio haereticarum fabularum:

Theod. c. h. f. I 26.	amplior form.
καὶ τὸν ἄνθρωπον δὲ οὐχ ὑπὸ τοῦ θεοῦ πλασθῆναι λέγουσιν ἀλλ᾽ ὑπὸ τοῦ τῆς ὕλης ἄρχον-	ἀλλ᾽ ὑπὸ τοῦ Σακλᾶ, τοῦ τῆς πορνείας ἄρχοντος, καὶ τῆς Νεβρώδ, ἣν εἶναι τὴν ὕλην φησί,

Theodor.	amplior formula.
τος, Σακλᾶν δὲ τοῦτον προσαγορεύουσιν, καὶ τὴν Εὔαν ὡσαύτως ὑπὸ τοῦ Σακλᾶ καὶ τῆς Νεβρῶδ γενέσθαι. καὶ τὸν μὲν Ἀδὰμ θηριόμορφον κτισθῆναι, τὴν δὲ Εὔαν ἄψυχον καὶ ἀκίνητον. τὴν δὲ ἀρρενικὴν παρθένον .... μεταδοῦναί φασι τῇ Εὔᾳ τῆς ζωῆς καὶ τοῦ φωτός, τὴν δὲ Εὔαν τῆς θηριωδίας τὸν Ἀδὰμ ἀπαλλάξαι.	γενέσθαι τὸν Ἀδὰμ καὶ τὴν Εὔαν· καὶ τὸν μὲν θηριόμορφον κτισθῆναι, τὴν δὲ ἄψυχον. καὶ τὴν μὲν Εὔαν ὑπὸ τῆς ἀρρενικῆς λεγομένης παρθένου μεταλαβεῖν ζωῆς, τὸν Ἀδὰμ δὲ ὑπὸ τῆς Εὔας ἀπαλλαγῆναι τῆς θηριωδίας.

Praeterea neque omnia, quae in Manich. rec. exstant formula, in ampliore quoque scripta leguntur, neque eadem eisdem verbis dicta sunt. Gravissimum autem est, quod multis locis multo plura traduntur in ampliore formula. Exempli causa quae de libris Manichaeorum in ampliore formula plura sunt, afferam: affertur Addae sive Adimanti liber contra Mosem et prophetas scriptus, cum in Manich. rec. formula reici quidem Moses prophetaeque tradantur, scriptoris tamen mentio non fiat. Nominantur praeterea in formula ampliore Aristocriti liber[1]) et Ἀπόκρυφα et Ἀπομνημονεύματα[2]). Quare num scriptor amplioris formulae ipsa illa quam nos forte habemus Manich. rec. formula usus sit perquam dubium est. Videntur potius ambae ad commune exemplum redire. Idem fortasse etiam ex enumeratione Manetis discipulorum (1468 B) cum Manich. rec. formula (447, 7 seq.) comparata quispiam collegerit. Quamquam hac in re alia quoque praesto est explicatio.

Priusquam ad Paulicianos transit scriptor amplioris formulae, multos enumerat discipulos, quorum nomina ex parte in Graecis litteris indagare omnino non possumus ut Salmaei, Innaei, Paapis, Baraei, quorum nomina viri docti in corpore epistu-

1) cf. Brinkmann Die Theosophie des Aristokritos. Rh. Mus. 51, 273 sqq.

2) cf. Flügel Mani p. 381 et Beausobre Hist. critique de Manichée et du Manichéisme I 430.

larum Manichaearum Syriaca lingua scriptarum invenisse sibi visi sunt [1]).

Et similia de reliquis amplioris formulae partibus dicenda sunt. Nonnulla exhibentur, quae aut rarissime aut omnino non apud scriptores Graecos commemorantur sicut matris Manetis nomen Carossa [2]). Cetera quamquam in multis libris contra Manichaeos scriptis traduntur, certos locos, ex quibus illa sumpta esse videantur, indagare non possumus, nisi scriptorem verba commutasse quis crediderit. Quod quidem haud probabile est, cum in ceteris formulae partibus accurate auctores transtulerit. Nam etsi raro ad verbum illos exscripsit et ordinem collocationemque verborum saepe mutavit, tamen verba ipsa diligenter servavit. Omnibus autem, qui comparari possunt, locis illa tantum verba cum formulae verbis congruunt, quibus dogma ipsum continetur, quae mutari non poterant. Quare si quis formulam ad eos libros contra Manichaeos scriptos revocare susceperit, quos nunc habemus, multis quidem locis congestis tamen multa explicare non poterit.

Evicimus igitur haec: clericus quidam Byzantinus litteris optime eruditus et in rebus theologicis versatissimus Photio auctore formulam confecit. Librorum, quibus usus est, indagari etiam nunc possunt tres: Photii historia Manichaeorum, formula Paulicianorum recipiendorum, formula vetustior Manichaeorum recipiendorum eius generis, cuius exemplum est ea quam nos manibus tenemus. Theodoretum utrum adierit an quae cum illo consentiunt in vetustiore hac formula invenerit, pro certo dici nequit.

Amplior formula cum Photiani ope libri in exsilio scripti confecta sit et eam Photii iussu scriptam esse verisimile sit, post Photium ex exsilio revocatum, i. e. post annum 877 confecta sit necesse est. Quare hunc assequimur temporum ordinem:

---

1) cf. Kessler Mani I 219. 234. 236. 226. cf. 240. Flügel Mani p. 374. 379. 380.

2) cf. Flügel p. 119: Leider findet sich derselbe in keiner bis jetzt bekannten Schrift weiter; cf. Rochat Essai sur Mani et sa doctrine. Thesis. Genev. 1897. p. 75: jusqu'à présent aucun document ne nous donne le nom de cette femme.

Carbeas dux Paulicianorum mortuus est . . . post a. 857
scriptor incertus historiam Paulicianorum scripsit
Petrus Siculus hist. Manichaeorum composuit . . anno fere 870
Photius hist. Man. scripsit
Chrysocheres dux Paulicianorum interfectus est . . anno 874
Photius ex exsilio revertit . . . . anno 877
amplior Manich. rec. formula confecta est.

Vita.

Carolus Rudolfus Moeller pridie Kalendas Novembres a. MDCCCLXXXV parentibus Carolo et Clara e gente Schornstein natus sum Elberfeldis. Euangelicae fidei addictus a. d. III. Kal. Mart. a. MCMV in gymnasio Elberfeldensi maturitatis testimonium adeptus sum. Deinde per quinque annos studiis philologicis et historicis in universitate Bonnensi operam dedi et in Monacensi, cuius per semenstre aestivum a. MCMVII civis fui.

Docuerunt me imprimis viri docti: Brinkmann, qui me ad scribendam hanc dissertationem instituit consiliisque libentissimo animo adiuvit, †Buecheler Elter Erdmann Hashagen Kuentzel Litzmann Loeschcke Marx Nissen Ritter Schulte Solmsen Wiedemann Bonnenses, Brentano Crusius Weymann Monacenses. Seminarii philologorum Bonnensis moderantibus Brinkmann Elter Marx per tria semenstria fui sodalis ordinarius, seminarii, quod regit Solmsen, per unum semenstre. Studiis historicis, quae ad res a Graecis Romanisque gestas spectant, per duo semenstria interfui. Summas ago gratias cum omnibus qui me instruxerunt viris doctis, tum A. Brinkmann et G. Loeschcke, qui studia mea inde a principio insigni erga me benevolentia atque cura moderati sunt auxeruntque. Examen rigorosum absolvi a. d. XIV. Kal. Mart. a. MCMX.